De Apuleio libri qui inscribitur περὶ ἑρμηνείας auctore.

Dissertatio inauguralis

quam amplissimi philosophorum ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

in universitate litterarum Vratislaviensi

rite capessendos scripsit

Fridericus Hanke

Vratislaviensis.

Die XXVII mensis Februarii anni MCMIX hora X et dimidia doctorandus oratione disseret in Aula musica

„Quos auctores in philosophicis scriptis componendis Apuleius secutus esse videatur".

Deinde erit promotio

Vratislaviae
Typis Schatzky
MCMIX

De dissertatione probanda ad ordinem rettulerunt

R. Foerster et **Fr. Skutsch.**

Examen rigorosum habitum est die XI mensis Novembris anni MCMVIII.

Ricardo Foerster

Francisco Skutsch

sacrum.

Quamquam libri sunt, qui codicibus falso Apuleio[1]) tribuantur, tamen usque ad Hildebrandum viri docti nunquam dubitaverunt, quin liber *περὶ ἑρμηνείας*[2]), qui in omnibus codicibus Apulei nomen prae se fert, ab hoc scriptus esset.

Inscriptiones codicum, quos Goldbacher[3]) et Meissius[4]) secundum necessitudinem, quae inter eos intercedit, composuerunt, sunt hae:

Codices Carnutenses 54 (C) et 92 (G) et codex Sangallensis 64 (S) praebent has inscriptiones:

INCIPIUNT PERYERMENIAE (PERIHERMENIAE G) *APULEI* (CG);

PERIERMENIAE APULEI ORDIUNTUR IN QUIBUS CONTINENTUR CATHEGORICI SYLLOGISMI (S).

Codex Leidensis 139 B (P) praebet:

INCIPIUNT PERIERMENIAE APULEI.

---

[1]) Locos librorum Apuleianorum hoc modo affero: metamorphoses (= met.) et apologiam (= apol.) secundum Helmium, librum de deo Socratis (= d. d. S.), libros de dogmate Platonis (= d. d. Pl.), libellum περὶ ἑρμηνείας (= περὶ ἑρ.) secundum P. Thomae editionem (Lips. 1908), florida (= flor.) secundum van Vlietum. Numeri Romani dant libros, ceteri capita, paginas, versus.

[2]) Codices plerosque et testimonia secutus librum inscribi volo: περὶ ἑρμηνείας, non, ut Meissius, Apuleius' περὶ ἑρμηνειῶν, Lörrach 1886, περὶ ἑρμηνειῶν.

[3]) Wiener Studien, vol. VII (1885) p. 256,

[4]) L. l. p. 9.

Inscriptiones Parisinorum 6288 (B) et 7730 (D), codicis Leidensis 25 (L), Bambergensis (B), qui artiore necessitudine inter se coniuncti sunt, sunt hae:

PERI ERMENIAE APULEI (BD) *vel APULEII* (L);
INCIPI + ΠΕΡΙΕΡΜΙΝ + ΙΩΝ APULEII (Bambergensis).

Postremo loco commemoro inscriptiones codicis Parisini 6398 (E), qui quomodo cum reliquis cohaereat nondum satis constat, et codicis Cusani 171[1]), in quem a Foerstero commotus animum intendi; qui praebent has inscriptiones:

PERIERMENIAE APULEII (E);
Perhiermenie Apuleii (Cusanus).

Idem subscriptiones ostendunt. Leidensis 25 et Bambergensis praebent:

PERI ERMENIAE APULEII EXPLICIUNT IN QUIBUS CONTINENTUR CATHEGORICI SYLLOGISMI (L);
ΠΕΡΙ ΕΡΜΙΝΕΙΩΝ ΑΠΟΥΛΕΓΙΟΥ explicit (B).

Carnutensis 92 (G) et Sangallensis 64 (S) praebent:

FINIT LIBER PERIHERMENIARUM APULEI (G);
PERIERMENIAE APULEI EXPLICIUNT IN QUIBUS CONTINENTUR CATHEGORICI SYLLOGISMI (S).

Parisinus 6638 (A) praebet:

EXPLICIUNT PERI ERMENIAE APULEII.

In codice Parisino 6398 (E) manus secunda addidit: *Apuleii Madaureñ pyarmen› expł.*

Ad has inscriptiones et subscriptiones codicum accedunt testimonia Apuleium auctorem praebentia haec:[2])

---

[1]) Marx: Verzeichnis der Hss. von Cues p. 160.

[2]) Dolendum est, quod Martianus Capella, quem Apulei scriptis usum esse scimus, nomen eius locis (d. art. lib. IV 344, 346, 349, 393, 396—399, 401—403, 405, 406, 408, 409—413, 420) quibus libro περὶ ἑρ. usus est (3, 177, 11—22; 4, 178, 12—15; 179, 12—16; 5, 179,

Cassiodorus in libro, qui inscribitur: de artibus ac disciplinis liberalium litterarum (p. 1173 A ed. Mign.), scribit haec: *Has formulas categoricorum syllogismorum qui plene nosse desiderat, librum legat, qui inscribitur περὶ ἑρμηνείας Apulei et quae subtilius sunt tractata cognoscet.*

Quo cum loco Isidorus verbotenus consentit (orig. 2, 28). Sed cum Usener[1]) recte observaverit Isidorum non e Cassiodori opere hausisse, consensio illa aliter explicari non potest nisi ita, ut utrumque eodem auctore usum esse statuatur. Qua re testimonium nacti sumus vetustius Cassiodoro.

Altero loco (p. 1203 A ed. Mign.) Cassiodorus scribit: *Apuleius vero Madaurensis syllogismos categoricos breviter enodavit.*

Tum Carolus Magnus (de non ador. imag. IV 23) affert locum libri περὶ ἑρ.[2]) atque de auctore haec verba scribit: *dicente Apuleio philosopho Madaurensi in libro qui inscribitur peri hermeneias.*

Cum viri docti his inscriptionibus atque testimoniis confiderent, Hildebrandus[3]) contra Apuleium auctorem tres causas attulit:

1. Librum περὶ ἑρμηνείας tantum in deterioribus codicibus cum duobus de dogmate Platonis libris coniunctum esse.

Sed, quamquam revera in omnibus codicibus separatim exstat, tamen inde nihil de authentia concludi potest.

2. Elocutionem libri περὶ ἑρ. non consentire cum florida redundantique ratione dicendi Apuleiana.

17—180, 18; 6, 181, 19—182, 17; 182, 21—183, 6; 7, 183, 9—22; 184, 10—13; 8, 185, 24—186, 3; 9, 186, 11—187, 27; 10, 188, 12—189, 16; 11, 189, 19—190, 16) non appellavit. Sed hac re, si de authentia quaeritur, nihil efficitur.

[1]) Anecdoton Holderi p. 65 adn. 6.

[2]) Locum περὶ ἑρ. 5, 180, 13—16 verbotenus affert.

[3]) Hildebrand: Apulei opera omnia, Lipsiae 1842, pars I p. XLIV et edit. min. Lipsiae 1843, p. 229.

Sed haec quoque sententia facile refutari potest. Nam iam Prantelius[1]) observavit in initio libri loquacitatem Apulei cognosci posse atque etiam Otto Iahn[2]) definitionem *excellentis oratoris* ad Apuleium quadrare ostendit. Praeterea materia arida libri floridae elocutioni occasionem non dari consentaneum est.

3. Apuleium promisisse se tres partes philosophiae Platonicae tractaturum esse d. d. Pl. I 4, p. 86, 6: *nam quoniam tres partes philosophiae congruere inter se primus obtinuit, nos quoque separatim dicemus de singulis a naturali philosophia facientes exordium.* In libro autem περὶ ἑρ. Platonis rationem habitam non esse, sed tantum doctrinas Aristotelis, Peripateticorum, Stoicorum tractari.

Haec causa iam a Prantelio[3]) refutata est demonstrante disciplinam dialecticam Platonicam non exstare. Qua re auctor libri alia doctrina uti debuit nec vero potuit alia nisi Aristotelis, Peripateticorum, Stoicorum. Atque cum secundo p. Chr. n. saeculo philosophiam Platonicam cum doctrina Aristotelis confusam esse sciamus, ne hanc quidem Hildebrandi causam quicquam valere intellegitur.

4 Maioris momenti quarta causa videtur a Goldbachero[4]) prolata: Apulei nomen ipsum ab auctore pro exemplo positum esse 4, 178, 3, 13, 16, sed Apuleium ipsum tam insulsum fuisse, ut hoc faceret, existimari non posse.

E contrario iam Meissius[5]) affirmavit Apuleium nomine suo pro exemplo posito se auctorem indicare voluisse huius libri, quem e Graeco fere in Latinum transtulisset; Sinko[6]) similem locum e Sacerdote grammatico

---

[1]) Prantl: Geschichte der Logik I p. 579 adn. 1.

[2]) Iahn: Berichte über die Verhandlungen der kgl. sächs. Gesellsch. d. Wiss. Lipsiae 1850 p. 283 adn. 1.

[3]) L. l. p. 579.

[4]) Wiener Studien l. l. p. 254.

[5]) Meiss p. 6 infra.

[6]) Sinko: De Apulei et Albini doctrinae Platonicae adumbratione, Cracoviae 1905 p. 41 adn. 1.

protulit et Miodonskius[1]) plura exempla ex scriptis auctorum Africanorum, Tertulliani et Cypriani, congessit.

Ita elucet argumenta prolata ab Hildebrando et Goldbachero, quos secuti sunt Bernhardyus[2]), Teuffelius[3]), Becker[4]), Zeller[5]), nihil valere.

E contrario Koziolus[6]) ad stilum Apuleianum exponendum exempla e libro περὶ ἑρ. sine ulla dubitatione simul cum ceteris Apuleianis protulit. Sinko[7]) autem duos de dgm. Pl. et περὶ ἑρ. libros insignem cum Albini λόγῳ διδασκαλικῷ τῶν Πλάτωνος δογμάτων similitudinem praebere repperit. Quae ab eo ita explicata est, ut Albinum et Apuleium eodem fonte, scholis Gai magistri, usos esse dicat. Sed Immischius[8]) hac ex re quicquam de authentia libri περὶ ἑρ. concludi posse negavit. Nam praeter nonnulla exempla duos tantum locos similitudinem praebere et hos consentire in dialectica tractata plane consentaneum esse:

Alb.[9]) c. 3 in. *ἡ φιλοσοφία ἐστὶν ὄρεξις σοφίας · ἡ δὲ τοῦ φιλοσόφου σπουδὴ ἐν τρισὶν ἔοικεν εἶναι · καλεῖται δὲ ἡ μὲν τῶν ὄντων γνῶσις θεωρητική, ἡ δὲ περὶ τὰ πρακτέα πρακτική, ἡ δὲ περὶ τὸν λόγον διαλεκτική.*

περὶ ἑρ. 1 p. 176, 1 *studium sapientiae, quod philosophiam vocamus, plerisque videtur tres species seu partes habere: naturalem, moralem et . . . rationalem.*

c. 6 in. *τοῦ δὲ λόγου, ὃν καλοῦμεν πρότασιν, δύο ἐστὶν εἴδη . . . τῶν δὲ προτάσεων αἱ μὲν κατηγορικαί εἰσιν, αἱ δὲ ὑποθετικαί. κατηγορικαὶ μὲν ἁπλαῖ . . . ὑποθετικαὶ δέ εἰσιν αἱ ἀκολουθίαν δηλοῦσαι ἢ μάχην.*

---

[1]) Eos vol. XII p. 60.

[2]) Grundriss der römischen Literatur 1872 p. 886 adn. 574.

[3]) Geschichte der römischen Literatur 1890 p. 924 adn. 5.

[4]) Studia Apuleiana, Berol. 1879, p. 9.

[5]) Philosophie der Griechen III, 2; 1881 p. 210.

[6]) Der Stil des L. Apuleius. Vindob. 1872 p. 273 sq. et aliis locis.

[7]) Sinko l. l. p. 41.

[8]) Immisch: Deutsche Literaturzeitung 1906 N. 15.

[9]) Locos libelli Albiniani affero secundum editionem dialogorum Platonis a C. F. Hermanno curatam, vol. VI, Lips. 1853 p. 152.

περὶ ἑρ. 2 p. 177, 3 *propositionum . . . duae species sunt, altera praedicativa, quae etiam simplex est . . . altera substitutiva vel condicionalis, quae etiam composita est.*

Et rationem diversam a Kozioliana initam videmus a Lekyo[1]), qui in dissertatione libros d. d. Pl. raro respexit, librum περὶ ἑρ. prorsus a sua quaestione alienum duxit. Quin etiam Thomas[2]), qui nuperrime libros philosophicos Apulei denuo edidit, de auctore libri περὶ ἑρ. dubitat.

Itaque, quia res his rationibus minime omni dubitationi exempta est, circumspicienda est alia via. Quae elocutione examinanda contineri Foerstero auctore mihi videtur.

Atque nunc rem ita disponendam esse arbitror, primum ut sermone libri περὶ ἑρ. cum ceteris Apuleianis imprimisque eo, qui in duobus d. d. Pl. libris conspicitur, collato consensum demonstrare studeam, deinde e rebus ipsis ostendam libellum περὶ ἑρ. esse tertium d. d. Pl.

Cum thesaurum linguae Latinae permultis vocabulis ab Apuleio auctum esse inter omnes constet[3]), nove ficta vocabula libri περὶ ἑρ. minime ab eo abhorrere, sed optime ei convenire censebimus. Quae sunt:

illatio: 6, 182, 26; 7, 183, 21, 22; 184, 9, 11; 185, 17, 19, 22; 8, 186, 8, 10; 9, 187, 13; 11, 190, 22; 12, 190, 30; 191, 2, 9, 11, 22, 29; 192, 2, 5, 22, 25; 13, 193, 10, 15, 18; 14, 194, 26;

protensio: 1, 177, 1;

revictio: 5, 180, 7.

rogamentum: 1, 177, 1; 4, 179, 7; 7, 183, 22;

abdicativus: 3, 177, 20, 26; 5, 179, 20, 27, 28; 6, 181, 20, 21; 182, 20; 183, 4; 7, 183, 20; 8, 186, 4, 7; 9, 186, 19, 23, 26, 28; 187, 9, 15, 17, 20, 21, 24, 25; 10, 188, 14, 19; 189, 4, 7, 11, 13; 11, 190, 6, 10, 13, 14; 14, 194, 2, 6, 7, 11, 16.

---

[1]) Leky: De syntaxi Apuleiana, diss. Monast. 1908.

[2]) P. Thomas: Apulei Platonici Mad. de philosophia libri, Lips. 1908 praef. p. XIII.

[3]) Koziol l. l. p. 267—283.

aequipollens: 5, 181, 8, 9, 13; 9, 187, 14; 12, 192, 10;
cachinnabilis: 6, 182, 11;
condicionalis: 2, 177, 6;
conversibilis: 6, 181, 19; 182, 3, 22;
declarativus: 4, 178, 13, 19, 25, 28; 179, 6, 8, 13; 6, 181, 22; 182, 14.
dedicativus: 3, 177, 18, 22, 25; 5, 179, 20, 27, 28; 6, 181, 21, 28; 182, 21; 183, 3; 7, 184, 7; 8, 186, 6, 7; 9, 186, 12, 17, 18, 24; 187, 2, 7, 8, 18, 19, 20, 24; 188, 2; 10, 188, 14, 19; 189, 7, 14; 11, 189, 20, 28, 29; 190, 2, 5, 9, 13; 14, 194, 4, 8, 12, 14, 17;
incongruus: 5, 179, 22; 180, 3, 8; 181, 2;
indemonstrabilis: 9, 188, 6; 10, 188, 17; 11. 190, 17, 23, 25; 12, 191, 3, 6, 30; 13, 193, 1, 8;
negativus: 3, 177, 27; 5, 181, 12; 12, 191, 21, 28;
particularis: 3, 177, 13, 16; 5, 179, 23, 27, 28, 181, 1, 11; 6, 181, 21, 28; 6, 182, 20; 183, 4; 7, 183, 19; 184, 5; 8, 186, 4, 9, 10; 187, 2, 7, 8, 9, 19, 20, 24, 25, 30; 189, 7, 8, 13, 14; 11, 189, 20, 28, 29; 190, 2, 6, 9, 10, 14; 12, 191, 1; 13, 193, 11, 12, 14, 19, 29; 14, 194, 1, 5, 7, 11, 14;
praedicativus: 2, 177, 4, 9; 8, 185, 25;
pronuntiabilis: 1, 176, 13; 7, 184, 17;
subiectivus: 4, 178, 12, 19, 20; 179, 10, 13; 6, 181, 21; 182, 15; 9, 186, 24, 28; 10, 189, 4; 11, 189, 25; 190, 20;
substitutivus: 2, 177, 10;
differenter: 7, 184, 27;
directim: 7, 184, 3, 7; 9, 186, 13, 19; 187, 3, 9; 10, 188, 15, 189, 1, 8, 14; 11, 189, 20, 29; 190, 3, 6, 10, 14, 26:
particulariter: 6, 182, 22, 24; 7, 184, 6; 9, 188, 3;
reflexim: 7, 184, 4, 10; 9, 186, 15, 21; 187, 5, 21, 25; 11, 189, 20; 14, 194, 27.

Apuleium auctorem horum vocabulorum esse probabile est respicienti alterum nisi apud Apuleium non inveniri: *cachinnabilis*, quod legitur in metamorphosibus III, 7, 57, 10 et in libro περὶ ἑρ. 6, 182, 10, alterum, *directim*,

ante Martianum Capellam, qui libro περὶ ἑρ. usus est, tantum ab Apuleio (d. d. S. prol.) 3, 2, 22; περὶ ἑρ. 7, 184, 3, 7; (de ceteris locis cf. p. 11) et Macrobio (Sat. VII, 12, 35; 14, 13) usurpari.

Liber περὶ ἑρ. in vocabulis mutata significatione usurpandis cum ceteris consentit:[1])

d. d. Pl. II, 14, 117, 21 *est amoris tertia species, quam diximus mediam, divini atque terreni proximitate* (= coniunctio = σύμμιξις) *collectus nexuque et consortio parili copulatus* περὶ ἑρ. *acceptio* = λῆμμα = Annahme 7, 183, 23, 24, 26; 184, 1, 19; 185, 14, 19; *constitutio* = probatio = ἔλεγχος 12, 191, 7;

dearmare = auferre = ἀπολαμβάνειν: met. V 30, 127, 19 *faretram explicet et sagittas dearmet, arcum enodet, taedam deflammet* . . . Similiter περὶ ἑρ. *abdicare* = negare = ἀποφάναι: 3, 177, 20, 21; *dedicare* = affirmare = καταφάναι: 3, 177, 18, 19.

Quia deminutiva Apuleio in deliciis fuisse constat, bene ad sermonem Apuleianum quadrat, quod in libro περὶ ἑρ. inveniuntur deminutiva haec:

formula = forma: 7, 183, 14, 18; 8, 185, 26; 9, 186, 11; 187, 31; 188, 4, 5; 10, 188, 12, 13; 189, 6; 11, 189, 19; 190, 27, 29; 12, 192, 6, 29; 13, 193, 7, 13, 18, 19; 14, 193, 21, 27, 194, 2, 4, 5, 8, 10, 13, 16, 18, 19.
modulus = modus: 7, 184, 27; 8, 185, 26; 186, 2 (bis);
particula = pars: 6, 182, 28; 7, 183, 10, 12, 15; 184, 8; 8, 186, 4; 10, 189, 4; 11, 190, 20.

In vocabulis Graecis adhibendis moderatum fuisse Apuleium iam Kretschmannus docuit[2]). In duobus libris d. d. Pl. Apuleius usitatis tantum utitur vocabulis Graecis velut *palaestra, geometria, sphaera* . . . neque nova vocabula Graeca fingit. Pariter in libro περὶ ἑρ. talia vocabula nove ficta nusquam occurrunt.

---

[1]) Cf. Koziol p. 284—300.
[2]) Kretschmann: De Latinitate L. Apulei Mad., Regimonti p. 67.

De particulis adverbiisque.

Ordiamur a particula copulativa *et*.

Apuleius cum tres res enumerat, nonnunquam tertiam particula *et* cum secunda coniungit, secundam non item cum prima, velut: d. d. Pl. I, 17, 101, 14 *capite, utero et articulis disparibus*.

Ex libro περὶ ἑρ. hoc exemplum affero: 1, 176, 1 *studium sapientiae, quod philosophiam vocamus, plerisque videtur tres species seu partes habere: naturalem, moralem et . . . rationalem.*

Saepissime Apuleius particula *et* significante idem quod *etiam* vel *quoque* utitur in philosophicis scriptis, velut: d. d. S. prol. 5, 5, 2, 7; d. d. S. 5, 13, 7; 11, 19, 17; 15, 23, 9, 20; 18, 28, 3; 23, 34, 3; 24, 35, 1. d. d. Pl. I 7, 88, 21; 9, 92, 19: 10, 94, 4; d. d. Pl. II 4, 108, 10; 7, 110, 3; 10, 113, 21; 25, 129, 12.

Liber περὶ ἑρ. eundem usum praebet; 3, 177, 11; 4, 178, 21; 5, 180, 8; 6, 181, 27, 28; 182, 21, 27; 7, 183, 27; 184, 16, 185, 3, 7, 12; 8, 186, 5; 9, 186, 26; 187, 17; 12, 191, 5, 24; 192, 11.

De particulis conclusivis: *ergo, igitur, itaque.*

Igitur particulae *ergo* ita praefertur ab auctore libri περὶ ἑρ., ut etiam in veris conclusionibus pro *ergo* occurrat, velut: 9, 186, 14 *Omne iustum honestum, omne honestum bonum; omne igitur iustum bonum est.* *Ergo* quattuor tantum locis invenimus idque in veris conclusionibus: 3, 177, 24; 6, 182, 4; 7, 185, 15; 12, 191, 8. Qua de causa non miramur, quod in primo et secundo libro d. d. Pl. hanc particulam non invenimus; nullo enim loco illorum librorum auctori conclusiones verae tractandae sunt.

Igitur in tribus libris saepissime usurpatur significans idem quod *propterea, ea de causa.* Atque etiam cum coniunctio sententiarum uno vocabulo efficitur, quod ex antecedente sententia promptum in sequente repetitur, Apuleius particula *igitur* vim huius vocabuli auget ita, ut

significatio par sit Graecis particulis οὖν vel δή: d. d. Pl. II 1, 104, 1 *verum † ad beatitudinem bonorum fine ante alia contingeret ut ostendam, quae de hoc Plato senserit. bonorum igitur alia eximia ac prima per se ducebat esse . . . Igitur* eiusdem significationis in libro περὶ ἑρ. exstat: 2, 177, 3 *familiarius tamen dicetur propositio. Propositionum igitur perinde ut ipsarum conclusionium duae species sunt.*

Deinde commemoro Apuleium transeuntem ad novam partem libri particula *igitur* primo loco posita uti, tamquam si ea, quae supra dixit, hoc uno vocabulo complecti velit: d. d. S. c. 4, 10, 15 *sed nunc non de errorum disputatione sed de naturae distributione disseremus. Igitur homines ratione plaudentes . . . terras incolunt.*

Idem in libro περὶ ἑρ. invenimus: 9, 186, 11 *similis etiam particularium vis est; utravis enim mixta universalibus particularem facit illationem. Igitur in prima formula modus primus est, qui conducit . . . dedicativum universale. Igitur* enim spectat ad sententiam 8, 185, 24 *Nunc tradendum est, quibus modis . . . fiant . . . verae conclusiones.*

Particula *itaque* neque in libro περὶ ἑρ. neque in duobus libris d. d. Pl. occurrit. Apuleius eam in philosophicis scriptis omnino non usurpavisse videtur, nam etiam in libro d. d. S. eam frustra quaesivi.

De particulis causalibus:

namque, enim, neque enim, quippe.

Particula *namque* in primo libro d. d. Pl. sexies exstat: 1, 82, 1; 9, 92, 20; 10, 93, 14; 14, 98, 8; 99, 1; 5, 87, 16; in secundo libro item sexies: 2, 105, 1; 9, 111, 16; 11, 113, 27; 17, 119, 21; 18, 120, 22; 21, 124, 11; in libro περὶ ἑρ. non invenitur. Quod quamquam primo obtutu mirum videtur, tamen ex elocutione Apuleiana explanari potest. In reliquis enim scriptis philosophicis et rhetoricis *namque* rarissime legitur: in floridis semel 16, 169, 10; in apologia ter: 3, 3, 14; 11, 13, 22; 50, 57, 1; in libro d. d. S. bis: prol. 4, 4, 1; d. d. S. 3, 8, 24. Unde concludendum est particulam *namque* minime tam gratam fuisse Apuleio, ut in libro περὶ ἑρ. iure desideretur.

Iam Koziolus docuit Apuleium particulam *enim* saepissime usurpare[1]). In duobus libris d. d. Pl. et libro d. d. S. quadraginta quinque exempla particulae *enim* inveni, inter quae eam tertio loco praebent quattuor: d. d. S. 12, 20, 20; 17, 26, 16; 20, 31, 3; d. d. Pl. II 23, 127, 8. In libro περὶ ἑρ. *enim* vicies occurrit; semel tertio loco 6, 180, 19. Primo loco,[2]) ut in apologia 42, 49, 8 et in libro d. d. S. 8, 16, 20; 19, 28, 14, neque in duobus libris d. d. Pl. neque in libro περὶ ἑρ. exstat.

Neque enim, quod perraro apud scriptores aureae litterarum aetatis et posteriorum temporum legitur[3]), et in libro περὶ ἑρ. et in libris Apuleianis invenitur: περὶ ἑρ. 4, 179, 4; d. d. Pl. II 4, 107, 3; d. d. S. prol. 1, 1, 4; d. d. S. 6, 13, 16; 7, 15, 2; 10, 17, 21; 23, 33, 8.

Particulam *quippe* significantem *enim* vel *nam* in duobus libris d. d. Pl. omnibus fere locis postpositam invenimus eamque secundo et tertio loco: I, 10, 93, 3, 9; II 3, 106, 8, 14; 5, 108, 13; 11, 114, 8; 18, 121, 11; 22, 124, 20; 23, 127, 7; 25, 130, 19; primo loco exstat: d. d. Pl. II 25, 130, 16. *Quippe* postpositum invenimus in libro περὶ ἑρ.: 9, 187, 12; reliquis locis obtinet primum locum: 6, 182, 14; 7, 183, 18; 8, 185, 26; 11, 189, 23[4]).

Quippe cum invenimus: d. d. Pl. II 21, 124, 5 *divitem hunc solum quidem recte putat, quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus videatur possidere virtutum opes*

---

[1]) Koziol p. 325.

[2]) Helm: Quaestiones Apuleianae. Philolog. Suppl. IX, 1904 p. 572.

[3]) Draeger, Hist. Synt. vol. II p. 64.

[4]) Curtius Lerche, cuius de *quippe* particula dissertatio mox prodibit, mecum communicavit librum περὶ ἑρ. in usu particulae *quippe* consentire cum vetustioribus libris Apuleianis, id est, cum metamorphosibus et apologia, quia in illis *quippe* multo saepius primo quam secundo loco inveniatur, duos d. d. Pl. libros autem cum recentiore libello de mundo. Quo ex consensu Lerche concludit librum περὶ ἑρ. praebere vetustiorem elocutionem Apuleianam, quam olim etiam duo d. d. Pl. libri ostenderint, qui posteriore aetate ab Apuleio denuo perpoliti sint.

d. d. Pl. II 23, 126, 10 *quippe cum summus deorum cuncta . . . consideret.*

περὶ ἑρ. 4, 178, 26 *ac non ut in ceteris maior, quippe cum eadem possit mutata vice subdita fieri . . .*

De particulis adversativis.

Opponendi causa usurpatur *verum:* d. d. Pl. I 2, 84, 5 *et antea quidem Heracliti secta fuerat inbutus. verum cum se Socrati dedisset, non solum ingenio . . . ceteras vicit*

περὶ ἑρ. 13, 193, 7 *Stoici porro pro litteris numeros usurpant, . . . verum Aristoteles in prima formula quattuor solos indemonstrabiles prodidit.*

Particula *enimvero,* quae plerumque ad vim alicuius rei affirmandam usurpatur, opponendi causa primus Tacitus utitur [1]. Quem usum Apuleius sequitur [2]: d. d. S. prol. 4, 4, 20 *(corvus) oblitus offulae . . . toto rictu hiavit atque ita, quod volatu pepererat, cantu amisit; enimvero vulpes, quod casu amiserat, astu recuperavit.*

περὶ ἑρ. 5, 180, 11 *de incongruis qui utramvis posuit, utique alteram tollit, non tamen mutata vice, qui utramvis tollit, utique alteram ponit. enimvero de alterutris qui utramvis comprobat, utique alteram refutat.*

Ceterum = *ἄλλως* = *alioquin* usurpatur in libro d. d. S. et περὶ ἑρ. [3]: d. d. S. 8, 17, 2 *semper illis victus omnis in terra . . . tantum quod aëra proximum terrae volitando transverberant. ceterum cum illis fessa sunt remigia pennarum terra ceu portus est.*

περὶ ἑρ. 7, 185, 23 *ne ultima quidem pars definitionis vacat, sed ostendit ex eisdem ipsis, quae concesserit, evenire debere illationem, ceterum ratam non fore.*

Ut nova sententia indicetur aut ut continuatio sententiarum efficiatur, usurpatur

---

[1]) Cf. Draeger vol. II p. 128.
[2]) Helm: Quaest. Apul. p. 574.
[3]) Draeger vol. II p. 128.

Sed: d. d. Pl. I 15, 99, 14 *homini promptuarium potius rectae rationis et suavissimae orationis hoc datum est, ut, quae prudentia corde conceperit, ea sensa promat oratio. Sed totius corporis habitus et figura membrorum alia condicione sunt optima, alia longe peiora.*

περὶ ἑρ. 1, 176, 4 *Studium sapientiae . . . videtur tres species . . . habere: naturalem, moralem et . . . rationalem, qua continetur ars disserendi. sed cum disseramus oratione . . . est una . . . potissima.*

At: d. d. Pl. I 17, 101, 10 *et pruritu venarum genitale seminium humanitatis exire. at cum totius corporis tris dicat esse substantias, primam vult videri . . .*

περὶ ἑρ. 4, 178, 24 *Qui equus est hinnibile est; at proprium est equi hinnire.*

Autem: d. d. Pl I 5, 87, 11 *sed neque corpoream esse nec sane perituram concedit esse. ideo autem non putat corpus, quod . . .*

περὶ ἑρ. 4, 178, 15 *declarat enim, quid faciat Apuleius. licet autem eadem vi manente utramvis partem in plura verba protendere.*

Verum: d. d. Pl. II 23, 126, 6 *sapientiae finis est, ut ad dei meritum sapiens provehatur hancque futuram eius operam, ut aemulatione vitae ad deorum actus accedat. verum hoc ei poterit provenire, si . . .*

περὶ ἑρ. 6, 182, 25 *Omnis homo animal, non potest ita converti, ut sit: Omne animal homo, sed particulariter potest: Quoddam animal homo. verum hoc in simplici conversione, quae . . . reflexio nominatur.*

Vero: novam sententiam introducens in primo secundoque tantum libro d. d. Pl. legitur: I 5, 87, 2, 7; 9, 91, 20; 10, 92, 23; 11, 94, 9; 12, 96, 23; 13, 97, 10, 13; 14, 97, 22; 14, 99, 4; 18, 103, 6 d. d. Pl II 5, 108, 2, 5; 6, 109, 5; 9, 112, 12; 14, 117, 7; 24, 127, 21; 26, 131, 27; 132, 2; 27, 132, 20; in libro περὶ ἑρ. eius locum *autem* obtinet.

Ceterum: d. d. Pl. I 4, 85, 17 *auri tantum quantum puer nobilitatis insigne in auricula gestavit. ceterum tres ad Siciliam adventus mali quidem carpunt.*

περὶ ἑρ. 4, 178, 1 *cogentur enim . . . confiteri esse, . . . quod nullam substantiam habet. Ceterum propositio . . . duabus . . . partibus constat.*

At enim quod novam sententiam indicat in secundo libro d. d. Pl. semel exstat II 24, 129, 9. Contrarium introducens *at enim* in secundo libro non inveni; qua de causa, quod idem valet de libro *περὶ ἑρ.*, non est mirum.

De adverbiis pronominalibus, quae conclusionem faciunt.

Inde in secundo libro d. d. Pl. semel invenitur (21, 124, 3), in libro *περὶ ἑρ.* aeque atque in primo d. d. Pl. deest.

Unde = *itaque, qua de re* in duobus libris d. d. Pl. his locis inveni: I 5, 87, 18; 10, 94, 4; 12, 95, 22; 17, 101, 14; II 2, 105, 2; 17, 119, 22; 22, 124, 21; 23, 126, 8. In libro *περὶ ἑρ.* id legitur 4, 178, 4 *unde quidam rati sunt has duas solas orationis esse partes.*

Insignis similitudo libri *περὶ ἑρ.* et duorum d. d. Pl. in usu particularum *ideo, idcirco* apparet.

Ideo sine enuntiato secundario rarissime usurpari Draeger docet[1]). Item *et idcirco, idcircoque* sine enuntiatione secundaria rarissime occurrit[2]). Utriusque autem elocutionis exempla inveniuntur in duobus libris d. d. Pl. et in libro *περὶ ἑρ.*; *ideo:* d. d. Pl. II 13, 116, 2; *περὶ ἑρ.* 11, 189, 25; *et idcirco, idcircoque:* d. d. Pl. I 8, 90, 12; II 16, 118, 20; 17, 120, 4; *περὶ ἑρ.* 4, 178, 24; 6, 182, 3.

Et ideo, ideoque sine sententia secundaria pro exiguitate libelli *περὶ ἑρ.* saepissime occurrit: 5, 180, 7; 7, 185, 20; 9, 186, 25; 187, 15; 11, 190, 27; 13, 193, 3. Sed hoc bene ad elocutionem duorum librorum d. d. Pl. quadrat, in quibus similia exempla legimus his locis: I 5, 67, 8, 15; 9, 91, 22; 14, 98, 4; II 16, 118, 18; 21, 124, 16.

---

[1]) Draeger vol. II p. 183.
[2]) Draeger vol. II p. 184.

Quapropter in primo libro d. d. Pl. semel atque primo loco exstat: I 3, 84, 22 *quapropter inventa Parmenidae . . . exsecutus . . . libros explerit . . .:* in secundo libro d. d. Pl. secundum vocabulum sententiae est, velut: II 1, 104, 11; 4, 107, 5; 15, 117, 28; 16, 119, 3. Primo loco hanc particulam etiam in libro d. d. S. legimus: prol. 5, 5, 5; d. d. S. 12, 20, 20. Eandem collocationem praebet liber περὶ ἑρ. 7, 184, 26 *quapropter supervacanei sunt moduli Stoicorum . . .*

Ut Apuleius saepius particulas per pleonasmum factas:

quasi velut, quippe etenim, nunc impraesentiarum, igitur proinde, tum post hoc

usurpat, ita in secundo libro d. d. Pl. unam talem particulam adhibuit: 20, 122, 19 *tum post hoc,* in primo libro d. d. Pl. nullam. Pari modo auctor libri περὶ ἑρ. his particulis non utitur.

De adverbiis:

adeo, adeo-ut, ita-ut, ut-sic, ut-ita, perinde-ut, cum-tum, perquam, interdum, porro, contra, utique, primo.

Adeo pronominibus demonstrativis et personalibus ab Apuleio additur ad eorum vim amplificandam: d. d. S. 11, 19, 14 *atque adeo hic sit impraesentiarum . . .:* apol. 49, 56, 17 *id adeo evenit.* Simile exemplum in libro περὶ ἑρ. legitur: 13, 193, 3 *hic adeo modus . . .*

Adeo-ut in duobus libris d. d. Pl. non exstat, sed in libro d. d. S. 14, 22, 20: *sed adeo celebrata et frequentata sunt, ut nemo . . . adortus sit.* Praeterea exstat in apol. 2, 3, 9 et in flor. 7, 152, 11 aliisque locis. In libro περὶ ἑρ. *adeo-ut* uno loco invenitur 9, 188, 10 *adeo ut ipsi ceteros gignant . . .*

Conferendi causa in duobus libris d. d. Pl. et in libro περὶ ἑρ. *ut-ita* et *ut-sic* usurpatum est; *ut-ita:* d. d. Pl. II 13, 116, 11; 14, 117, 22; 18, 120, 18; 24, 128, 23. περὶ ἑρ. 4, 179, 4; *ut-sic:* d. d. Pl. II, 9, 112, 7: περὶ ἑρ. 12, 192, 12.

Perinde-ut in libro d. d. S. 7, 15, 10 legitur et in libro περὶ ἑρ. 2, 177, 3: *Propositionum igitur perinde ut ipsarum conclusionum duae species sunt . . .*

Quamquam Becker[1]) affirmat particulam *tum* antecedenti *cum* vel *tum* respondentem cum *etiam* coniungi in libris Apuleianis, tamen eius sententiam plane sequi non possum. Nam haec exempla Beckeri sententiam refutantia inveni:

d. d. Pl. I 3, 85, 10 *eas hic cum ratione limando tum ad orationis augustae honestissimam speciem induendo perfectas . . . fecit.*

apol. 62, 70, 21 *quod et futurum et factum multi cum servorum tum amicorum . . . scierunt.*

apol. 97, 107, 3 *me magistrum cum saepe alias tum in extremo tempore vitae vocans.*

Qua de causa non miramur in libro περὶ ἑρ. *cum-tum* sine *etiam* legi: 3, 177, 28 *verum hi quidem cum in aliis tum in hac re vincuntur . . .*

Perquam non ut in metamorphosibus cum superlativo[2]), sed ut in ceteris philosophicis scriptis cum positivo coniunctum est in libro περὶ ἑρ.: 13, 193, 20 *quod perquam ineptum est . . .*

Interdum non ut in metamorphosibus[3]) pro *interea, interim* usurpatur in libro περὶ ἑρ., sed aeque atque in ceteris philosophicis scriptis vulgarem notionem praebet, velut 5, 180, 4: *at inter subpares et incongruas pugna dividua est, quod incongruae nunquam quidem fiunt simul verae, interdum tamen simul mentiuntur.*

Adverbium *porro* = *deinde* in duobus libris d. d. Pl. non exstat. At in libro d. d S. 10, 16, 14; 10, 17, 25; in apol. 49 56, 22 aliisque locis id inveni. Quapropter non abhorret a sermone Apuleiano, quod in libro περὶ ἑρ. *porro* legimus: 4, 178, 12; 12, 191, 17.

Contra pro *at* usurpatum nusquam in primo secundoque libro d. d. Pl. invenimus. Quamquam id Apuleianum esse cognosci potest ex his locis: apol. 21, 25, 5; d. d. S.

---

1) Becker: Studia Apuleiana p. 27.
2) Cf. Becker p. 28.
3) Cf. Becker p. 50.

12, 20, 4. Qua re quadrat ad sermonem Apuleianum, quod in libro περὶ ἑρ. *contra* exstat: 5, 181, 4; 6, 183, 2.

Utique in Apulei scriptis philosophicis et rhetoricis non legitur[1]). At in metamorphosibus saepissime usurpatum est: I 24, 22, 20; V 29, 126, 19; 30, 127, 6; VI 7, 133, 7; 31, 153, 9; VII, 15, 165, 12; 16, 166, 13; IX 16, 211, 15; 23, 220, 18; X 26, 257, 11; XI 20, 281, 15. In libro περὶ ἑρ. legitur his locis: 5, 180, 9, 10, 11, 12, 14, 16.

In enumeratione Apuleius et auctor libri περὶ ἑρ. *primo* pro *primum* adhibent, velut d. d. Pl. I 14, 97, 23, ubi singuli hominum sensus enumerantur atque enumeratio incipit hoc modo: *ac primo oculorum acies gemellas . . . auditionem vero . . . iam gustatus . . .* περὶ ἑρ. 4, 179, 7 *primo, quod plura comprehendere potest . . . dehinc, quod . . .*

De pronominibus.

De usu pronominum pauca sunt, quae proferenda mihi videantur. Apuleium pronomen *iste* amavisse atque pro *ille* aut *hic* usurpavisse iam Kretschmannus[2]) demonstravit. *Iste* pro *hic* aut *ille* legimus his locis et duorum d. d. Pl. librorum et libelli περὶ ἑρ.: d. d. Pl. I 7, 88, 24; 12, 96, 21; 17, 101, 20; II 13, 116, 9; 23, 127, 15. περὶ ἑρ. 4, 182, 6; 7, 184, 11; 185, 14.

Idem Kretschmannus[3]) docet Apuleium genetivos *mei, tui, sui* loco pronominum possessivorum ponere consuevisse idque non solum tum, cum aliquid proprie ac necessario ad vim alicuius rei pertinere dicitur, sed etiam cum vocabulum ad quod pertinet magnam vim non habet: d. d. S. 1, 7, 3 *speciem sui;* 11, 19, 5 *speciem sui;* flor. 3, 147, 18 *in primordio sui;* d. d. Pl. I 15, 100, 5 *utilitatem sui;* περὶ ἑρ. 4, 178, 28 *nunc habere sui declarativam.*

---

1) Cf. Becker p. 20.
2) Kretschmann l. l. p. 90.
3) Kretschmann p. 89.

In philosophicis aliisque scriptis Apuleius nonnunquam pronomina demonstrativa cumulare solet, ut eorum vim augeat; velut: *hic idem:* d. d. Pl. II 9, 111, 15; 22, 125, 11; *hic talis:* d. d. Pl. II 15, 118, 6; 16, 118, 20, 22; 20, 123, 6; 22, 125, 8; 27, 133, 1; *idem iste:* d. d. S. prol. 4, 4, 21; *idem ille:* d. d. S. 16, 25, 8. In primo libro d. d. Pl. nullum, in libro περὶ ἑρ. unum tale demonstrativum inveni: 7, 185, 22 *ne ultima quidem pars definitionis vacat, sed ostendit ex eisdem ipsis, quae concesserit, evenire debere illationem . . .*

Pro *talis* Apuleius nonnunquam *id genus* adhibet[1]), velut d. d. S. 2, 8, 16; 9, 17, 11; 13, 21, 3. Id etiam in libro περὶ ἑρ. legimus: 1, 176, 11; 4, 178, 8.

Interdum Apuleius pro pronomine indefinito *quis* ponit *qui*, velut: met. VIII 23, 195, 18; d. d. S. 5, 12, 4[2]). Eundem usum praebet liber περὶ ἑρ. 3, 177, 28 *si qui ita rogaverit . . .*

De collocatione coniunctionis *si* et pronominis *qui*.

Coniunctionem *si* Apuleius postposuit compluribus locis, velut:

d. d. S. 5, 12, 23 *at enim inter Rutulos recens cognitos si nemo huic capiti crediderit . . .*

d. d. S. 8, 16, 11 *tamen altitudinem perpendiculo si metiare . . .*

d. d. S. 23, 33, 17 *iam primum in corpore si sit . . .*

In apologia talia exempla inveni his locis:

18, 22, 2 *maxima quaeque scelera si ex omni memoria hominum percenseas.*

36, 42, 4 *quae tanta cura conquisita si honestum . . . illis fuit . . .*

50, 57, 1 *ea namque tabes si foras corporis prospiravit . . .*

59, 67, 19 *sub oculis tuis si foret . . .*

---

1) C. F. W. Müller: Nom. u. Accus. p. 162.

2) Leky: De Syntaxi Apul. p. 62.

Etiam in floridis hunc usum inveni:

7, 153, 7 *praeter hos tris multo nobilissimos in suis artificiis si quis uspiam reperiretur . . .*

Eandem collocationem coniunctionis *si* in libro περὶ ἑρ. invenimus:

5, 181, 12 *item omnis propositio si assumat*[1]) . . .

8, 186, 6 *item quamlibet multis dedicativis si utravis abdicativa iungatur . . .*

9, 187, 29 *quia primi modi si utramque propositionem convertamus . . .*

9, 188, 1 *item secundi modi si utramque convertas . . .*

10, 189, 10 *huius si convertamus universalem.*

12, 191, 11 *Omnis conclusionis si sublata sit illatio . . .*

12, 192, 4 *huic si praeponas priorem . . .*

Pronomen relativum Apuleius nonnunquam non initio enuntiationis collocat[2]), velut:

met. V 20, 118, 13 *tori qua parte cubare consuesti . . .*

d. d. S. 15, 24, 3 *ex hisce ergo Lemuribus qui posterorum suorum curam . . .*

Idem in libro περὶ ἑρ. invenitur:

5, 180, 8 *de incongruis qui utramvis posuit . . .*

5, 180, 11 *enimvero de alterutris qui utramvis comprobat . . .*

De copia vocabulorum aliisque proprietatibus elocutionis.

Koziolus, qui de usu synonymorum ab Apuleio adhibitorum diligentissime egit, etiam duo exempla libri περὶ ἑρ. cum ceteris Apuleianis contulit. Sunt haec[3]):

1. Synonyma duorum verborum inter se coniunguntur, velut d. d. Pl. II 113, 22 *quaedam omnibus ac semper videri mala, quando nocent atque obsunt* . . . περὶ ἑρ. 7, 183, 22

---

[1]) Cum Prantelio (Gesch. d. Logik I p. 583 adn. 11) existimo comma ante coniunctionem *si* delendum esse.

[2]) Cf. Koziol p. 335.

[3]) Cf. Koziol p. 91 et 162.

dico autem illationem vel illativum rogamentum, quod ex acceptionibus colligitur et infertur.

2. Ex adiectivo pendet interdum sententia relativa eundem sensum praebens atque adiectivum, velut: apol. 23, 27, 13 *ut arbor infecunda et infelix, quae nullum fructum ex sese gignit* . . . περὶ ἑρ. 12, 191, 27 *fiunt igitur adversus unamquamque conclusionem contrariae, quae opponantur, octo* . . . Simile exemplum videtur esse: περὶ ἑρ. 7, 183, 10 *Coniugatio autem propositionum dicatur ipsa conexio earum per aliam communem particulam, qua inter se copulantur*, ubi sensus vocabulorum *conexio per* . . . *communem particulam* sententia relativa repetitur.

Adverbia Apuleius interdum sine coniunctione componit, etiamsi eiusdem significationis sunt, velut: met. II 20, 41, 20 *et nescio qui simile passus ore undique omnifariam deformato truncatus est*[1]).

Simile exemplum, in quo substantivum coniunctum cum praepositione adverbii locum obtinet, in libro περὶ ἑρ. legitur: 7, 184, 30 *frustra enim colligunt, quod sine controversia ultro conceditur.*

Nonnunquam Apuleius verbum componit cum praepositione, quae iam in sententia ipsa exstat[2]), velut apol. 89, 98, 11 *quae iam tibi ob os obiciuntur.* Quo cum usu consentit locus libri περὶ ἑρ. 5, 179, 23 *item in inferiore linea sub utraque subnotentur* . . .

Ut sermonem ornet atque iucundum reddat, Apuleius annominatione uti consuevit[3]), velut:

d. d. Pl. I 9, 92, 17 *hanc autem, quae mentis acie videtur et penetrabili cogitatione percipitur atque concipitur* . . . περὶ ἑρ. 5, 180, 14 *ceterum universalis utravis particularem suam comprobata utique confirmat, revicta non utique infirmat. particularis autem versa vice universalem suam revicta utique infirmat, probata non utique confirmat.*

---

1) Cf. Koziol p. 134 sq.
2) Cf. Koziol p. 114.
3) Cf. Koziol p. 197.

Polysyndeta et asyndeta, quae dicuntur, Apuleius ita amavit, ut ea miro modo extenderet, velut:

d. d. Pl. I 5, 86, 13 *is unus, ait, ἀπερίμετρος rerumque omnium † extortor, beatus et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta. quem quidem caelestem pronuntiat, indictum, innominabilem et, ut ait ipse, ἀόρατον, ἀδάμαστον, cuius naturam invenire difficile est . . .*

d. d. S. 4, 10, 15 *Igitur homines ratione plaudentes, oratione pollentes, inmortalibus animis, moribundis membris, levibus et anxiis mentibus, brutis et obnoxiis corporibus, dissimillimis moribus, similibus erroribus, pervicaci spe, casso labore, fortuna caduca, singillatim mortales, cuncti tamen universo genere perpetui, vicissim sufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita terras incolunt.*

Liber περὶ ἑρ. pari modo talia longa polysyndeta et asyndeta praebet:

4, 178, 7 *adverbia autem et pronomina et participia et coniunctiones et id genus cetera . . .*

1, 176, 5 *ut imperandi mandandi succensendi optandi vovendi irascendi odiendi invidendi favendi miserandi admirandi contemnendi obiurgandi paenitendi deplorandi tum voluptatem afferendi tum metum incutiendi . . .*

1, 176, 9 *oratoris excellentis est lata anguste, angusta late, vulgata decenter, nova usitate, usitata nove*[1]), . . . *extenuare magna, maxima e minimis posse efficere . . .*

E contrario brevitatem quandam, quae apud Apuleium nonnunquam occurrit[2]), etiam in libro περὶ ἑρ. invenimus his locis:

4, 178, 25 *et idcirco in his propriis par est declarativa, par subdita,* ubi *in his propriis* idem est, quod: in sententiis, in quibus proprium de aliquo declaratur. Simile exemplum est 4, 179, 10 *quo praecipue etiam in illis proprietatibus a pari subiectiva discernitur.*

---

[1]) Excidit verbum velut *dicere.*

[2]) Cf. Koziol p. 329.

Librum *περὶ ἑρ.* ab Apuleio scriptum esse eo quoque firmatur, quod et auctor huius libri et Apuleius, qui vim coniunctionis *quod, quia, quoniam* augere consueverunt demonstrativis *ideo, idcirco,* velut d. d. Pl. I 5, 87, 7, 11; 8, 91, 14; *περὶ ἑρ.* 3, 177, 24; 7, 183, 21, nonnunquam demonstrativum postponunt antecedente coniunctione, velut:

d. d. Pl. I, 8, 91, 18 *sed quod ei nascendi causam deus praestitit, ideo inmortali perseverantia est semper futurus;* apol. 53, 59, 27 *haec quoniam ignoro quae fuerint, iccirco magica fuisse contendo . . .*

περὶ ἑρ. 4, 179, 2 *non enim, quia verum est hominem animal esse, idcirco, si convertas, verum erit omne animal hominem esse.*

περὶ ἑρ. 7, 184, 24 *item quia concludere volumus, non quod concessum est nobis, sed quod negatum, idcirco in definitione dixit . . .*

Miram consuetudinem vel potius inhabilem, ut ita dicam, rationem sententias particulis *et, ac, atque, que, neque* cum antecedentibus coniungendi inde explanare possumus, quod Apuleius fontem Graecum secutus saepissime sententias subiungere non studebat, velut:

d. d. Pl. I 3, 84, 19, 20; 5, 87, 15; 6, 88, 9; 7, 89, 5; 90, 4; 8, 91, 12; 9, 91, 22; 92, 15; 10, 92, 24; 11, 94, 11; 12, 96, 21; 14, 97, 23; 16, 100, 10; 18, 102, 21.

d. d. Pl. II 2, 104, 20; 4, 107, 3; 5, 108, 7; 6, 108, 17; 8, 111, 11; 9, 112, 20; 11, 114, 13; 13, 116, 4; 17, 120, 11; 18, 121, 3; 22, 124, 24; 125, 8, 15; 23, 126, 20; 127, 5; 25, 130, 11; 26, 132, 5; 27, 132, 9, 12; 133, 4.

Quamquam auctor libri *περὶ ἑρ.* materia commotus sententias particulis causalibus similibusque coniungere solet, tamen saepius, quam pro exiguitate libelli exspectes, sententias eodem modo atque in duobus libris d. d. Pl. a particulis copulativis *(et, ac, neque)* incipientes fingit, velut: 4, 178, 24; 179, 4; 5, 180, 6; 6, 182, 3, 6, 8; 7, 183, 21; 185, 23; 9, 187, 15; 12, 191, 19.

Nonnullis locis duorum librorum d. d. Pl. Apuleius tempora mutat ita, ut in enuntiatione secundaria futurum

usurpet et in enuntiato primario indicativum praesentis, velut:

d. d. Pl. I 12, 96, 23 *at ubi repugnationes istae nocivae erunt, infelicitas dicitur.*

d. d. Pl. II 21, 124, 13 *philosophum oportet, si nihil indigens erit et omnium contumax . . . nihil sic agere . . .*

d. d. Pl. II 27, 132, 19 *a quibus si consilio et suadela depravata multitudo deflecti non poterit, abducenda est tamen ab incepto . . .*

Quo cum usu consentit locus libri περὶ ἑρ. 7, 183, 26 *propositio est, et si assentiri se dicet, fit acceptio.*

De usu modorum.

Enuntiationes condicionales insignem inter Apuleium et auctorem libri περὶ ἑρ. similitudinem praebent; nam sententias condicionales reales quae vocantur inveni has:

1. *si* cum indic. praes. — in sententia primaria: indic. praes.
   d. d. Pl. II 9, 112, 23, 24; 11, 114, 5; 12, 115, 9.
   περὶ ἑρ. 2, 177, 7; 5, 181, 3, 4, 6; 6, 182, 15, 17; 7, 184, 22, 29; 185, 1; 12, 191, 2, 8.
2. *si* cum coniunct. praes. — in sententia primaria: indic. praes.:
   d. d. Pl. II 13, 116, 10; 17, 120, 13; 22, 125, 23.
   περὶ ἑρ. 5, 181, 12; 9, 186, 15; 10, 189, 10; 12, 192, 4, 9.
3. *si* cum coniunctivo praes. (perf.) — in sent. prim.: indic. fut.
   d. d. Pl. II 8, 110, 22; 12, 114, 22; 115, 5; 23, 126, 7; cum coniunct. perf.:
   d. d. Pl. II 12, 114, 23; 22, 125, 10.
   περὶ ἑρ. 4, 179, 3; 5, 181, 15; 6, 181, 25, 27; 9, 186, 21; 187, 5, 17, 29; 188, 1; 12, 192, 12.

Coniunctionem *quamquam* Apuleius interdum cum coniunctivo coniungit[1]:

d. d. S. 3, 10, 9 *in qua praecipuum animal homines sumus, quamquam plerique se incuria disciplinae . . . depravaverint.*

d. d. S. 15, 23, 15 *qui est animus suus cuique, quamquam sit inmortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur.*

περὶ ἑρ. 6, 182, 2 *quod duae ceterae propositiones semper facere non possunt, quamquam interdum convertantur.*

In oratione obliqua Apuleius saepissime in enuntiatione relativa indicativo utitur[2]) eumque etiam iis locis usurpat, ubi coniunctivus exspectatur, quia auctor Platonis sententias proferre videtur: d. d. Pl. I 5, 87, 18; 6, 87, 23; 8, 91, 16; 9, 92, 3, 17; 10, 94, 4; 11, 94, 10; 95, 6; 12, 95, 21; 96, 4; 13, 97, 19; 14, 98, 6; 18, 102, 25.

d. d. Pl. II 1, 104, 13; 3, 106, 1; 5, 107, 21; 6, 109, 7; 12, 115, 21, 22; 13, 116, 7.

Eundem usum etiam in libro περὶ ἑρ. invenimus: 7, 184, 26; 12, 191, 20.

Modum mutant Apuleius[3]) et auctor libri περὶ ἑρ. his locis:

d. d. Pl. II 6, 108, 27 *et illam virtutem, quae ratione sit nixa et est spectatrix diiudicatrixque omnium rerum, prudentiam dicit* . . . (28, 133, 14);

περὶ ἑρ. 13 193, 11 *cum indefinita pro particulari accipitur et idem futuri sint modi, qui sunt ex particularibus.*

Pro accusativo cum inf. Apuleius nonnunquam coniunctionem *quod* usurpat et cum coniunctivo et cum indicativo coniunctam. Ex Apulei scriptis Mayen[4]) sex exempla collegit, quibus septimum adiungo, etsi *quod*

---

[1]) Cf. Becker p. 27.
[2]) Cf. Leky l. l. p. 48.
[3]) Cf. Koziol p. 235.
[4]) Mayen: De particulis quod, quia, quoniam . . . pro accus. c. inf. positis, Kiliae 1889, p. 17.

potius ad demonstrativum *haec* referendum videtur: d. d. Pl. I 5, 86, 12 *sed haec de deo sentit, quod sit incorporeus.*

Qua re bene ad sermonem Apuleianum quadrat, quod in libro περὶ ἑρ. *quod* pro accus. c. inf. invenimus: 5, 180, 19 *Certum est enim, quod concedat, qui aliquid proposuerit.* Atque imprimis respiciamus coniunctionem *quod* pro accus. c. inf. pendere a vocabulo *certum*, a quo etiam in Apulei metamorphosibus IX 18, 216, 13 pendet.

Quia pro accus. c. inf.[1]) neque Apuleius neque auctor libri περὶ ἑρ. adhibent.

Et Apuleius et auctor libelli περὶ ἑρ. coniugatione periphrastica quam dicunt usi sunt[2]):

d. d. Pl. II 8, 111, 3 *quarum una est disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta et conveniens cum secta eius, qui politicus vult videri.*

d. d. Pl. II 14, 117, 4 *quod sit unus divinus cum incorrupta mente et virtutis ratione conveniens, non paenitendus.*

d. d. Pl. II 21, 124, 13 *si nihil indigens erit* . . .; 22, 126, 2 *esse indigens potest.* 24, 128, 3 *sint regentes alii;* 27, 133, 7 *fuerint . . . inter se congruentes.*

περὶ ἑρ. 4, 178, 20 *plerumque autem subiectiva minor est, declarativa maior et non hanc modo sed alias quoque subiectivas comprehendens.*

7, 185, 6 *in qua non est dictum nunc lucere, sed tantum consequens esse* . . .

Restat, ut de praepositionibus *ex* vel *de* disseram pro genetivo partitivo et apud Apuleium et in libro περὶ ἑρ. adhibitis: d. d. S. 13, 21, 14 *ex his quinque, quae commemoravi, tria a principio* . . .

d. d. Pl. I 5, 87, 3 *non ignem neque aquam nec aliud de principiis et absolutis elementis esse.*

περὶ ἑρ. 5, 180, 8 *enimvero de alterutris qui utramvis comprobat* . . .

---

1) Hoppe: Stil und Syntax des Tertullian, Lips. 1903, p. 75.
2) Cf. Leky l. l. p. 35.

5, 181, 1 *aut utravis ex duobus ceteris;* 14, 194, 3 *porro ex his tam in prima quam in secunda formula duae non valent;* 14, 194, 12 *ex his septenis, quae supersunt iam propriae, sunt in secunda formula quattuor falsae.*

Sed quoniam nunc penes scientes fere constat, quanta vis sit clausularum, iam ad has me verto, ut his quoque comparatis nihil obstare, quominus d. d. Pl. libros et libellum περὶ ἑρ. eidem auctori tribuamus, demonstrem.

De clausulis.

Priusquam numeros clausularum ad centenos relatos afferam, paucis verbis explicandum est, quibus locis aut Apuleius numerum neglexerit aut mihi saltem non contigerit, ut numerum expiscarer. Sunt autem hi loci:

a) in fine periodi:

d. d. Pl. I 1, 83, 1 *somnium etiam Socratis scitum ferunt.*

d. d. Pl. II 8, 110, 26 *a⟨t⟩ recta vivendi ratione ⟨pro⟩ facultate[s] sua[s] divino illi et caelesti bonus similior esse velit.*

16, 119, 2 *nec permittens quicquam eorum, quae volet;*

26, 131, 13 *singularia faciens,* nam clausulam — ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ — pro — ⏑ — | ⏑ ⏑ ~ nusquam inveni[1]).

b) in fine enuntiati primarii:

d. d. Pl. 7, 110, 9 *utilitatem hominum iustitia regit*

8, 111, 4 *alia vero adulandi scientia est*

9, 111, 17 *sed prior consimilis est exercitationi*

13, 116, 18 *necessitudinum et liberorum amor naturae congruus est.*

Aliis locis numerus ultimarum quidem vocularum enuntiati neglectus est sed clausula invenitur

---

[1]) Particula *que* positionem effici puto hoc loco: d. d. Pl. II 9, 111, 19 *gratiaque retinetur*, cf. Klotz: Arch. f. Lex. XV p. 273.

a) ante finem periodi:

d. d. Pl. I 6, 88, 7 *inrationabili aestimanda est, quam nasci et interire ait.*

II 13, 116, 17 *pars voluptatis gignitur causa, pars necessitatis.*

117, 5 *ratione conveniens, non paenitendus.*

21, 124, 11 *ad pessimas [p]artes, inopes videntur.*

22, 124, 20 *sectaeque conveniunt, amici sunt habendi.*

23, 126, 22 *quae bona ducimus, adminiculis indigemus.*

24, 129, 3 *castigat et reprimit, ita in civitate vigilet.*

b) ante finem enuntiati primarii, cum continuatio enuntiationis primariae interpositis membris interrupta est, velut:

d. d. Pl. I 3, 85, 1 *admirationi sunt singula, suos libros explevit*

d. d. Pl. II 9, 112, 22 *et illas, quae . . . pro remedio resistunt, id est fortitudinem et continentiam, rationabiles quidem esse*

13, 116, 19 *qui vulgo amor dicitur, est adpetitus ardens.*

Eundem usum in libro περὶ ἑρ. invenimus. Clausula non invenitur

a) in fine periodi:

7, 183, 16 *in altera subiecta, in altera declarans.*
9, 187, 21 *abdicativum reflexim*
9, 187, 25 *particulare conducit reflexim*
12, 191, 18 *ergo per impossibile compelluntur ad conclusionem.*
14, 194, 10 *reliquis duabus formulis adhuc octonae.*

b) in fine enuntiati primarii:

3, 177, 26 *solum autem abdicativum vocant*
5, 180, 12 *utique alteram refutat*
5, 180, 20 *destruitur autem utravis universalis trifariam*
12, 192, 12 *similiter et alterae fient duae conclusiones.*

At clausula posita est

a) ante finem periodi:

— ∪ — |∪ ∪ ~
12, 191, 25 *et per alterutram, igitur bifariam*

b) ante finem enuntiati primarii:

— ∪ — — ~
9, 187, 19 *eius dedicativa, fiet octavus modus.*

Iam ut singulas formas clausularum libri περὶ ἑρ. et duorum librorum d. d. Pl. conferre possis, has tabulas composui[1]):

Aα[2])	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
I — ∪ — | — ~	158	34,57	254	36,70	142	33,10
II — ∪ — | — ∪	75	16,41	112	16,18	83	19,34
III — ∪ — | — ∪ — ∪	54	11,81	66	9,53	43	10,02
IV — ∪ — | — ∪ — ∪ —	5	1,09	10	1,44	4	0,93
V — ∪ — | — . . .	2	0,43	7	1,01	4	0,93
VI — ∪ — | . . .	2	0,43	1	0,14	2	0,46
VII — ∪ — | . . .	1	0,21			1	0,23
IX — ∪ — | . . .			1	0,14		
Summa	297	64,95	451	65,14	279	65,01

[1]) Exempla ab auctore περὶ ἑρ. allata praetermisi, quia ea ad Apulei usum stabiliendum non pertinere consentaneum est.

[2]) Clausulas disposui

1. secundum basim: A — ∪ — B — — — C — ∪ ∪ — D — ∪ ∪ E — ∪ — | — — —
2. secundum partem cadentem
   α) — ∪ — ∪ — ∪ = puri trochaei
   β) — — — — = longae syllabae
   γ) — ∪ — ⏗ — ∪ = trochaei et spondei vel soluti spondei mixti.
3. secundum numerum syllabarum in parte cadente I — ∪ — | — ~ II — ∪ — | — ∪ — III — ∪ — | — ∪ — ∪; sequens quaeque forma una syllaba augetur.

Aβ	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
III — ⏑ — | — — — —	13	2,84	16	2,31	15	3,49
IV — ⏑ | — — — — —			1	0,14		
V — ⏑ — | — — . . .	1	0,21			3	0,70
VI — ⏑ — | — . . .	1	0,21				
VII — ⏑ — | — . . .					2	0,46
Summa	15	3,26	17	2,45	20	4,65

Aγ	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
IV — ⏑ — | — ⏓ — ⏓ —	3	0,65	4	0,57	3	0,70
V — ⏑ — | — ⏓ — . . .	6	1,31	9	1,30	3	0,70
VI — ⏑ — | — ⏓ . . .			5	0,72	1	0,23
VII — ⏑ — | — ⏓ . . .	2	0,43	9	1,30	2	0,46
VIII — ⏑ — | — ⏓ . . .			1	0,14	1	0,23
IX — ⏑ — | — ⏓ . . .			3	0,43	1	0,23
X — ⏑ — | — ⏓ . . .			1	0,14		
Summa	11	2,39	32	4,60	11	2,55

Bα	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
II — — — | — ⏑ —	28	6,12	41	5,92	20	4,66
III — — — | — ⏑ — ⏑	19	4,15	30	4,33	16	3,73
IV — — — | — ⏑ — ⏑ —	2	0,43	1	0,14	3	0,70
V — — — | ⏑	1	0,21	4	0,57	3	0,70
VI — — — | — ⏑ . . .	1	0,21	2	0,28		
VII — — — | ⏑	1	0,21	1	0,14		
VIII — — — | — ⏑ . . .			1	0,14	1	0,23
Summa	52	11,33	80	11,52	43	10,02

Bβ	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
III — — — | — — — —	6	1,31	5	0,72	8	1,87
V — — — | — — — — — —			1	0,14		
Summa	6	1,31	6	0,86	8	1,87

Bγ	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
IV — — — | — ⏓ — ⏓ —			1	0,14	1	0,23
V — — — | — ⏓ . . .			2	0,28	1	0,23
VII — — — | — ⏓ . . .	2	0,43	1	0,14	1	0,23
VIII — — — | — ⏓ . . .	1	0,21	1	0,14	1	0,23
IX — — — | — ⏓ . . .	1	0,21	1	0,14	2	0,46
XI — — — | — ⏓ . . .	1	0,21				
Summa	5	1,06	6	0,84	6	1,38

Cα	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
I — ⏑ ⏑ — | — ~			4	0,57	1	0,23
II — ⏑ ⏑ — | — ⏑ —	6	1,31	13	1,87	3	0,70
III — ⏑ ⏑ — | — ⏑ — ⏑	10	2,19	17	2,45	7	1,63
IV — ⏑ ⏑ — | — ⏑ . . .					1	0,23
V — ⏑ ⏑ — | — ⏑ . . .	2	0,43	1	0,14		
VII — ⏑ ⏑ — | — ⏑ . . .			1	0,14		
Summa	18	3,93	36	5,17	12	2,79

Cβ	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
III — ⏑ ⏑ — | — — — —	1	0,21	5	0,72	3	0,70

Cγ	I	%	II	%	π. ἑρ.	%
V — ⏑ ⏑ — | — ⏓ . . .					2	0,46
VI — ⏑ ⏑ — | — ⏓ . . .			1	0,14		
VII — ⏑ ⏑ — | — ⏓ . . .	2	0,43			1	0,23
XI — ⏑ ⏑ — | — ⏓ . . .			1	0,14		
Summa	2	0,43	2	0,28	3	0,69

Dα	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
I — ⏑ ⏑ | — ~	7	1,53	12	1,71	10	2,33
II — ⏑ ⏑ | — ⏑ —	4	0,87	11	1,58	3	0,70
III — ⏑ ⏑ | — ⏑ — ⏑	17	3,71	16	2,31	2	0,46
IV — ⏑ ⏑ | — ⏑ — ⏑ —	1	0,21	2	0,28	1	0,23
V — ⏑ ⏑ | — ⏑ — ⏑ — ⏑	1	0,21	1	0,14	1	0,23
Summa	30	6,53	42	6,02	17	3,95

Dβ	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
— ⏑ ⏑ | — — — —					4	0,93

Dγ	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
IV — ⏑ ⏑ | — ⏓ — ⏓ —			2	0,28	1	0,23
V — ⏑ ⏑ | — ⏓ — ⏓ — —	1	0,21	2	0,28	1	0,23
VI — ⏑ ⏑ | — . . .			1	0,14		
VII — ⏑ ⏑ | — ⏓ . .	1	0,21			4	0,93
IX — ⏑ ⏑ | — . . .	2	0,43			1	0,23
X — ⏑ ⏑ | — . . .	1	0,21				
Summa	5	1,06	5	0,70	7	1,62

Eα	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
I — ⏑ — | — — — | — ~	3	0,65			5	1,16
II — ⏑ — | — — — | — ⏑ —	4	0,87	2	0,28	4	0,93
III — ⏑ — | — — — | — ⏑ — ⏑	2	0,43	2	0,28		
V — ⏑ — | — — — | — ⏑ . . .	1	0,21			1	0,23
VII — ⏑ — | — — — | — ⏑ . . .					1	0,23
Summa	10	2,16	4	0,56	11	2,55

Clausulae dubiae:	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
I — ⏑ — | — ⏓ — | — ~	4	0,87	5	0,72	2	0,46

Eβ	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
III – ⏑ – | – – – | – – – –	1	0,21	1	0,14	2	0,46

Eγ	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
V – ⏑ – | – – – | – ⏒ – ⏒ – –					1	0,23

Quibus e tabulis elucet duos d. d. Pl. et περὶ ἑρ. libros in plerisque formis clausularum consentire.

De syllabis finalibus correptis.

Cum vocales et syllabas finales vocabulorum posterioribus saeculis correptas esse inter omnes constet, in sequente parte commentationis clausulas, e quibus correptio syllabarum finalium cognoscitur, congessi.

Syllabas finales vocularum breviatas esse elucet ex his clausulis:

I e clausulis formae: – ⏑ – | – ∼[1]):

a) Nonnullarum clausularum forma explicari omnino non potest, nisi syllabae finales corripiuntur, ut forma – ⏑ – | – ∼ exsistat, velut:

met. VI 26, 147, 21 *ruptum istum asellum, nunc etiam claudum | frustra pascemus*[2]).

met. VIII 27, 198, 18 *euantes exsiliunt | incitante tibiae cantu*

[1]) Cf. Ziegler: Praefatio ad Iuli Firmici Materni de error. prof. relig. librum, Lips. 1907 p. XXV sq.

[2]) Notum est mensuram *frustră* esse Plautinam. Archaismum igitur subesse coniceres, nisi alias quoque syllabas finales eodem modo corripuisset Apuleius.

met. XI 13, 276, 11 *populi mirantur*

d. d. Pl. I 14, 98, 3 *naturae participem*

d. d. Pl. II 25, 129, 18 *epulis insumant*

" " " " 9, 112, 24 *virtutes appellat.*

b) Complures clausulae duos choriambos et malum accentum praebent, cum syllabam finalem longam metimur; at si correptionem syllabae finalis admittimus, legitimum accentum optimamque formam – ◡ – | – ~ nanciscimur. Itaque clausulas – ◡ – | – ~ pro forma: – ◡ ◡ – | – ◡ ◡ – legimus his locis:

met. II 4, 28, 2 *similes explicuit* pro:

— *i similes explicuit*

met. V 2, 104, 19 *praecipue mirificum* pro:

praecipue mirificum

met. VI 5, 132, 8 *oculos effugiam* pro:

— *es oculos effugiam*

met. VII 19, 168, 25 *validas extuleram* pro:

eum validas extuleram

met. X 31, 262, 16 *comites armigeri* pro:

— *ae comites armigeri*

d. d. Pl. II 4, 107, 9 *species accipimus* pro:

eo species accipimus.

c) Nonnullae clausulae dactylicam basim, pravum accentum, falsam caesuram habent, cum syllabae finales vocularum longae servantur, velut:

d. d. Pl. I 5, 87, 17 *iudicio cognosci*

" " " " 10, 94, 3 *perpetuo servatos*

" " " " 11, 95, 13 *Romani veteres appellant*

" " " " 17, 102, 3 *exitio corrumpit*

d. d. Pl. II 1, 104, 5 *esse animi virtutes*

" " " " 2, 105, 10 *notitia iunguntur*

" " " " 4, 107, 6 *dicit vitiis urgueri*

" " " " 11, 114, 9 *divitias intersit*

" " " " 17, 120, 9 *pernicies infertur*

" " " " 26, 131, 25 *seminio concepta.*

In illis clausulis syllabam finalem vocularum: *iudicio, perpetuo* . . . corripiendam esse arbitror eo, quod clausulae, in quibus dactylus ditrochaeum praecedit, legitimum accentum caesuramque post dactylum praebent, velut:

d. d. Pl. I 2, 84, 3 *mentibus expulisset*

" " " " 3, 84, 17 *disceret, est profectus*

" " " " 4, 85, 21 *adsisteret, est profectus*

" " " " 6, 87, 24 *exemplaribus inveniri*

" " " " 8, 90, 11 *extrinsecus inveniri*

" " " " 8, 90, 19 *extrinsecus est relictum*

d. d. Pl. I 10, 94, 4 *sollertia conprehendit*

" " " " 12, 96, 12 *mortalibus exhibentur*

" " " " 13, 98, 18 *instructior auctiorque*

d. d. Pl. I 13, 100, 6 *animantibus exhiberent*
„ „ „ „ 16, 100, 11 *internuntia sentiendi*
„ „ „ „ 16, 100, 16 *frigoris et caloris*
„ „ „ „ 17, 101, 16 *extrinsecus adrogatur*
„ „ „ „ 18, 102, 7 *tertiam adpetitus*[1])
d. d. Pl. II 4, 105, 15 *origine copulata*
„ „ „ „ 5, 107, 21 *fideliter intimata*
„ „ „ „ 6, 109, 10 *pravaque sunt in homine*
„ „ „ „ 10, 113, 6 *adserit adpetenda*
„ „ „ „ 17, 120, 7 *fraudibus interire*
„ „ „ „ 17, 120, 11 *talia machinatur*
„ „ „ „ 19, 122, 4 — *i studia‿excitantur*
„ „ „ „ 22, 124, 22 *amicitiae‿esse constet*
„ „ „ „ 22, 126, 1 *melioribus adgregatum*
„ „ „ „ 23, 128, 17 *legibus obsecuntur*
„ „ „ „ 23, 129, 1 *commoda civitatis*
„ „ „ „ 25. 130, 12 *congruentibus inbuentur*
„ „ „ „ 25, 130, 18 *legibus indigere.*

Correptionem syllabarum finalium in illis clausulis statuendam esse (*iudicio cognosci, perpetuo servatos etc.*) eo certius puto, quod Apuleium plerisque locis voculas

---

[1]) De *—m* finali non elisa confer: Kirchhoff, De Apulei clausularum compositione et arte (Lips. 1902) p. 10.

tres longas syllabas praebentes ita posuisse videmus, ut clausula – ∪ | – – – exsisteret, velut:

d. d. Pl. I 1, 83, 5 *deorumque mulcentem* 2, 83, 17 *convenisse testatur*; 2, 84, 2 *confidentia elatus*, 84, 4, 5; 3, 85, 5, 8; 5, 86, 12; 87, 2, 5; 6, 88, 1, 12; 7, 88, 20, 21; 9, 92, 1; 10, 92, 24; 10, 93, 10, 12, 20, 21; 94, 2, 5; 11, 94, 14; 95, 4; 12, 95, 17, 22; 96, 5, 20; 13, 97, 12; 14, 98, 2, 7, 14; 99, 3; 15, 99, 19; 100, 5; 16, 100, 10, 20; 101, 9; 17, 101, 18; 102, 1; 18, 102, 23; 103, 3, 4, 12.

d. d. Pl. II 1, 104, 14; 2, 104, 20; 105, 4; 3, 106, 11, 15; 4, 106, 18, 22; 5, 108, 5, 7; 6, 108, 19, 20; 109, 5; 8, 111, 5; 10, 113, 9; 11, 114, 1, 9; 12, 115, 14, 15, 17, 22; 14, 117, 6, 13, 14, 21; 15, 118, 8; 16, 118, 24: 119, 12; 17, 120, 13, 15; 18, 120, 20, 121, 1, 3, 7, 13, 15; 20, 123, 4, 17, 18, 20; 21, 124, 7, 17; 22, 125, 11; 23, 126, 19; 127, 20, 24, 129, 4; 25, 129, 16; 130, 16; 26, 131, 5, 20; 27, 132, 14, 20 (bis); 133, 2; 28, 133, 12.

Qua re locis, quos supra attuli, clausulam – ∪ | – – – legimus: *iudicio cognosci; perpetuo servatos; veteres appellant; exitio corrumpit; animi virtutes; notitia iunguntur; vitiis urgueri; divitias intersit; pernicies infertur; seminio concepta.*

Praeterea correptionem finalium factam esse concludo:

II e clausula dicretica – ∪ – | – ∪ –:

d. d. Pl. II 9, 112, 24 *semiperfectae sunt*

″ ″ ″ ″ 11, 114, 11 *divitiae adlaturae sint*

″ ″ ″ ″ 13, 116, 12 *discrepantes et inter se disiuncti sunt*

d. d. Pl. II 14, 117, 11 *facetae et urbanae sint*

" " " " 15, 117, 25 *quattuor formae sunt*

" " " " 18, 120 21 *vitiis inbutae sunt.*

III e clausularum responsione.

Cum Schober in dissertatione, quae inscribitur: „De Apulei metamorphoseon compositione numerosa"[1]) Apuleium maximo cum studio responsionem clausularum affectasse demonstraverit, nemo negabit etiam responsione membrorum artissime coniunctorum correptionem syllabarum finalium quadamtenus probari in his clausulis:

met. III 28, 72, 26 *claustris obseptum obseratumque*

met. IV 34, 102, 5 *plaga percussi sero sentitis*

met. V 21, 119, 11 *statuto consilio et obstinato animo*

met. VI 7, 133, 11 *qui possit agnosci,*

manifeste designes

met. XI 2, 267, 20 *aerumnis subsiste . . .*

conlapsam adfirma

met. XI 14, 276, 17 *stupore nimio defixus*

tacitus haerebam

d. d. Pl. I 11, 94, 19 *sphaeris adfixos . . .*

cursibus labi.

IV Dubito, an syllabae finales correptae sint in his clausulis:

---

[1]) Schober: De Apulei metamorphoseon compositione numerosa, Halis 1904, p. 35 sq.

d. d. Pl. I 4, 85, 17 *insigne in auricula gestavit.*

„ „ „ „ 10, 93, 9 — *eo quidem errori locus esset*

„ „ „ „ 14, 99, 4 *ille philosophiae profluxit*

d. d. Pl. II 4, 106, 21 *sub iugum missa dominantur*

„ „ „ „ 5, 108, 5 — *lo ministerio fungantur*

„ „ „ „ 13, 116, 11 — *lubili nexu iunguntur*

„ „ „ „ 14, 117, 9 *eorum usura potiantur*

„ „ „ „ 18, 121, 12 *maxima aerumna proveniunt.*

Sed quoniam in his exemplis semper clausulae creticus purus antecedit, nescio an eo Apuleius molossum clausulae excusatum esse voluerit. Quid quod eandem conformationem ibi invenimus, ubi de correptione omnino cogitari non posse putamus, velut:

d. d. Pl. I 14, 98, 13 *vapore vel fumo exhalantur*

„ „ „ „ 14, 99, 6 *orationis metiretur.*

Itaque cum nesciamus, utrum syllabae illae sint correptae necne, eas dubiis (?) assigno.

At nostra imprimis interest scire, quotiens quaeque syllaba breviata occurrat in libris d. d. Pl., quia earum frequentiam conferre volumus cum numero vocalium correptarum libri περὶ ἑρ. In utroque libro numerus harum syllabarum minimus est. In primo libro sex (1,31 %), in secundo quindecim (2,15 %) exempla inveni:

d. d. Pl. I 4, 85, 17 *insigne in auricula gestavit* (?)

„ „ „ „ 5, 87, 17 *iudicio cognosci*

„ „ „ „ 9, 92, 14 *venia novitati verborum* (?)

„ „ „ „ 10, 93, 9 — *eo quidem errori locus esset* (?)

d. d. Pl. I 10, 94, 3 *perpetuo servatos*

" " " " 11, 94, 19 *sphaeris adfixos*

" " " " 11, 95, 13 *veteres appellat*

" " " " 14, 98, 3 *naturae participem*

" " " " 14, 99, 4 *ille philosophiae profluxit* (?)

" " " " 17, 102, 4 *exitio corrumpit.*

d. d. Pl. II 1, 104, 5 *animi virtutes*

" " " " 2, 105, 11 *notitia iunguntur*

" " " " 4, 106, 21 *sub iugum missa dominantur* (?)

" " " " 4, 107, 6 *vitiis urgueri*

" " " " 4, 107, 9 *species accipimus*

" " " " 5, 108, 5 — *lo ministerio funguntur* (?)

" " " " 9, 112, 24 *virtutes appellat*

" " " " 9, 112, 24 *semiperfectae sunt*

" " " " 11, 114, 9 *divitias intersit*

" " " " 11, 114, 11 *divitiae adlaturae sint*

" " " " 13, 116, 11 — *lubili nexu iunguntur* (?)

" " " " 13, 116, 12 *inter se disiuncti sunt*

" " " " 14, 117, 9 *eorum usura potiantur* (?)

" " " " 14, 117, 11 *facetae et urbanae sint*

" " " " 15, 117, 25 *quattuor formae sunt*

" " " " 17, 120, 9 *pernicies infertur*

" " " " 18, 120, 21 *vitiis inbutae sunt*

d. d. Pl. II 18, 121, 12 *maxima aerumna proveniunt* (?)

" " " " 25, 129, 18 *epulis insumant*

" " " " 26, 131, 25 *seminio concepta.*

In libro *περὶ ἑρ.* quinque clausulas (1,16 %) inveni, quibus probatur ultimam vocalem vel syllabam esse breviatam:

d. d. Pl. II 2, 177, 9 *de praedicativa dicemus* (?)

" " " " 3, 177, 12 *universales sunt*

" " " " 3, 177, 18 *dedicativae sunt*

" " " " 5, 179, 18 *inter se affectae sint*[1])

" " " " 9, 188, 9 *simplices tamque manifesti sunt*

" " " " 12, 191, 22 *particula praeposita*

" " " " 13, 193, 5 *litteris numeros usurpant* (?).

Hae sunt vocales et syllabae breviatae in genera distributae, quas in duobus libris d. d. Pl. invenimus:

ae ae = nom. plur.; genetiv. et dativ. singul. decl. I:
I 14, 98, 3; II 9, 112, 24; 11, 114, 11; 18, 120, 21; 14, 117, 11; 15, 117, 25;

a〉 a = abl. sing. decl. I:
I 4, 85, 17 (?); II 2, 105, 11; 4, 106, 21 (?); 14, 117, 9 (?); 18, 121, 12 (?);

as〉 as = acc. plur. decl. I:
II 11, 114, 9;

is〉 is = dat. et abl. plur. decl. I et II:
I 11, 94, 19; II 4, 107, 6; 25, 129, 18;

---

[1]) Dubito de hoc loco 6, 182, 3 *conversibiles dicuntur* (?).

ī > ĭ = genet. sing. et nom. plur. decl. II:
II 1, 104, 5; 13, 116, 12;

ō > ŏ = abl. sing. decl. II:
I 5, 87, 17; II 17, 102, 4; 5, 108, 5 (?); 26, 131, 25;

ēs > ĕs = acc. plur. decl. III:
I 11, 95, 13; II 9, 112, 24;

ī > ĭ = dat. sing. decl. III:
I 9, 92, 14 (?); 10, 93, 9 (?);

ū > ŭ = abl. sing. decl. IV:
II 13, 116, 11 (?);

ēs > ĕs = accus. plur. et nom. sing. decl. V:
II 4, 107, 9; 17, 120, 9;

ō > ŏ = ultima syllaba adverbii:
I 10, 94, 3.

Iam si etiam e libro περὶ ἑρ. correptionis exempla simili modo disposita protulero, ipse videbis in hac quoque re magnam similitudinem intercedere inter libros Apuleianos et libellum περὶ ἑρ.:

ā > ă = abl. sing. decl. I:
2, 177, 9 (?); 12, 191, 22;

āe > ăe = nom. plur. decl. I;
3, 177, 18; 5, 179, 18;

ī > ĭ = nom. plur. decl. II:
9, 188, 9; cf. met. XI, 13, 276, 11; d. d. Pl. II 13, 116, 12;

ēs > ĕs = nom. plur. decl. III:
3, 177, 12; 6, 182, 3 (?);

ōs > ŏs = acc. plur. decl. II:
13, 193, 5 (?); cf. met. I 10, 9, 24 (?); VI 5, 132, 8 (?);

De hiatu.

Duo libri d. d. Pl. et liber *περὶ ἑρ.* sane differunt eo, quod in duobus libris d. d. Pl. hiatus plerisque locis elisione adhibita evitatus est, auctor vero libelli *περὶ ἑρ.* in permultis clausulis eum non delevisse videtur. Quibus locis ab Apuleio vocales elisae sint, ex sequentibus cognoscitur:

d. d. Pl. I 2, 83, 16 *studendi‿inbutas refert*

: : : : 2, 83, 21 *exercitatio‿ei contulit*

: : : : 2, 84, 2 *confidentia‿elatus*

: : : : 2, 84, 9 *adserere‿eam nisus est*

: : : : 3, 84, 13 *magnifica‿instructam videbat*

: : : : 6, 88, 2 — *us duas esse‿ait*

: : : : 6, 88, 7 *inrationabili‿aestimanda‿est*

: : : : 6, 88, 11 *omnia quae‿informantur*

: : : : 6, 88, 16 *quae de‿ea disputantur*

: : : : 6, 88, 18 — *es quoque‿et verba*

: : : : 6, 88, 19 *quae de‿ea disputantur*

: : : : 7, 89, 10 *ignis in sese‿habere*[1])

: : : : 7, 90, 5 *forsitan posse‿ait*

: : : : 8, 91, 15 *rebus substantia‿eius et natura constet*

: : : : 11, 94, 10 *omnium supremum‿esse‿eum*

---

[1]) Skutschius coniecit *sese* pro *se*; cf. d. d. Pl. I 7, 89, 14; 15, 100, 4.

d. d. Pl. I 12, 96, 18 *ignorari‿a nobis fatetur*

„ „ „ „ 12, 96, 20 *meditata‿ad finem venire*

„ „ „ „ 13, 97, 6 *cupidinum‿atque‿adpetitus*

„ „ „ „ 13, 97, 10 *longius a sapientia‿hanc partem videri*

„ „ „ „ 14, 99, 12 *suavissimae‿orationis hoc datum‿est*

„ „ „ „ 15, 99, 17 — *um tenus capiti‿oboediunt*

„ „ „ „ 16, 101, 5 *redditaeque‿alterno modo*

„ „ „ „ 18, 102, 15 *inaequales inter se‿erunt*

„ „ „ „ 18, 103, 1 *quae rationi sunt parata‿in ipso vertice*

d. d. Pl. II 1, 103, 15 *Faustine fili,‿ut scias*

„ „ „ „ 1, 104, 17 *esse‿oportet mala*

„ „ „ „ 2, 105, 3 *ei‿animae portioni*

„ „ „ „ 3, 105, 17 — *um nihil antiquius curare‿oportet*

„ „ „ „ 3, 105, 21 *fugiendaque sint esse‿honesta‿et turpia*

„ „ „ „ 4, 107, 11 — *atio‿et incommobilitas*

„ „ „ „ 5, 108, 4 *ipsaeque‿ita‿oboediunt*

„ „ „ „ 7, 110, 12 — *atio‿opum publicarum*

„ „ „ „ 10, 113, 15 *atque‿infelicitatis*

d. d. Pl. II 11, 114, 11 *divitiae adlaturae sint*

: : : : 12, 114, 22 *possidens usu se abdicet*

: : : : 12, 114, 23 *illi inutilia erunt*

: : : : 13, 116, 3 *honestum appellari oportet*

: : : : 13, 116, 19 *vulgo amor dicitur*

: : : : 14, 117, 11 *facetae et urbanae sunt*

: : : : 16, 119, 7 *respuit, voluptatem dico atque aegritudinem*

: : : 17, 120, 8 *ex eo intellegi potest*

: : : 18, 121, 21 *obtinere recta omnia*

: : : : 19, 122, 4 — *modi studia excitantur*

: : : 20, 122, 19 *quodammodo intemporalem*

: : : 20, 123, 5 *ornamentis suis ita instructum sciat*

: : : : 20, 123, 10 *lege in animo eius sculptum sit*

: : : : 22, 125, 4 — *em quoque eiusmodi rerum esse*

: : : : 23, 126, 9 *opera sequi eum convenit*

: : : : 23, 126, 19 *origo ex virtute manat*

: : : : 23, 127, 17 *et rumoris secundi oportet esse*

: : : : 24, 128, 13 *virtutibus niti oportet*

: : : : 25, 129, 14 *argenti habendi cupido nulla sit*

d. d. Pl. II 26, 131, 3 *ut superior sine‿evidentia*

: : : : 26, 131, 27 *vero‿eos esse.*

Ante formas verbi *esse, essent, est* per aphaeresin Apuleius hiatum delevit his locis:

d. d. Pl. I 7, 89, 2 *inordinata permixtaque‿essent*

: : : : 7, 89, 5 *unum redacta‿esse*

: : : : 7, 90, 1 *sphaera loco tertio‿est*

: : : : 7, 90, 4 *constantiam non absurde sortita‿est*

: : : : 8, 90, 9 *cunctaque terra‿esse factum*

: : : : 8, 90, 12 *intra se apta‿et conexa‿esse*

: : : : 8, 91, 10 *una mundo relicta‿est*

: : : : 8, 91, 19 *perseverantia‿est semper futurus*

: : : : 12, 96, 17 *in fortuna‿esse non nihil*

: : : : 16, 100, 18 *ipsaque sessitandi regio‿est*

d. d. Pl. II 7, 110, 6 — *ae rei mancipata‿est*

: : : : 7, 110, 8 *atque medicina‿est*

: : : : 11, 114, 15 *postremae dementiae‿est*

: : : : 12, 115, 19 *intestabilesque‿esse*

: : : : 13, 116, 2 *atque laudabile‿est virtus bonum studenti*

: : : : 13, 116, 6 *reciprocamque‿esse*

: : : : 20, 123, 11 *opinantur ceteri mala‿esse*

: : : : 22, 124, 22 *amicitiae‿esse constat*

d. d. Pl. II 22, 125, 1 *anima conplacita‿est*

" " " " 22, 125, 7 *amicus virtutum sit necesse‿est*

" " " " 23, 126, 16 *una quidem beatitudo‿est.*

Quamquam Apuleium hiatum saepe delevisse vidimus, tamen interdum hiulcis clausulis eum indulsisse intellegitur ex his, quae sequuntur.

Vocalis longa corripitur ante sequentem[1]):

d. d. Pl. I 7, 89, 12 *octangulam vero aëris*

" " " " 16, 100, 18 *cibatu ipso loquar*

d. d. Pl. II 10, 113, 9 *causa expetitur*

" " " " 10, 113, 13 *sui et aliorum*

" " " " 21, 124, 14 *acerba toleratu arbitrantur.*

Brevis quoque vocalis interdum ante sequentem servatur ac ne aphaeresi quidem deletur ante verbum *esse:*

d. d. Pl. I 8, 91, 12 *sine initio‿esse dicit*

" " " " 14, 98, 8 *separata intellegentia‿est*

d. d. Pl. II 3, 106, 10 *alia culpanda essent;* forsitan propter antithesin verborum *laudanda* et *culpanda* rhetorica quadam ratione commotus Apuleius hiatum admisit. Simili de causa hoc quoque loco hiatum non evitavisse videtur:

d. d. Pl. II 3, 106, 16 *nec vitia tamen mera et intemperata, sed hinc atque inde permixta esse*

d. d. Pl. II 6, 109, 6 *ad ea inplenda*

---

[1]) Cf. Jul. Wolff: De clausulis Ciceronianis, Lips. 1901, p. 655–57 de hiatu longarum.

d. d. Pl. II 10, 113, 25 *nobis voluntate adpetendam*

" " " " 25, 129, 19 *privatim maritanda esse*

" " " " 26, 131, 19 *diversa miscenda esse.*

Vocalis longa ante sequentem non breviatur:

d. d. Pl. II 12, 115, 7 *pauperie sua utitur.*

Commemorandum denique est nonnullas clausulas meliores formas praebere, cum hiatum admittimus, quam cum negamus. Meliores formas nanciscimur:

I cum vocalis longa corripitur ante sequentem:

d. d. Pl. I 8, 90, 10 *extra orbem relinqui*

d. d. Pl. II 3, 105, 13 *utrumque proclive ingenium eius esse*

" " " " 11, 114, 3 *existimationi invehere*;

II cum vocalis brevis servatur ante sequentem:

d. d. Pl. I 6, 88, 3 *cuncta gignantur mundusque ipse*

" " " " 9, 92, 18 *constantem eandemque et semper esse*

d. d. Pl. II 4, 107, 13 *incitamenta irarum*

" " " " 7, 110, 19 *civitate emineant*

" " " " 27, 133, 1 *iustitia conducta habeatur*;

III cum longa vocalis servatur ante sequentem:

d. d. Pl. I 12, 96, 23 *istae nocivae erunt*

d. d. Pl. II 5, 108, 12 *careant redundantia et egestate*

" " " " 5, 108, 14 *hinc audacia, inde timiditate*

d. d. Pl. II 5, 108, 22 *maxime arbitratur*

„ „ „ „ 22, 125, 18 *eius modi adflictatio*;

IV cum aphaeresi non utimur ante verbum *est*, *esse*:

d. d. Pl. I 8, 90, 13 *aëri est situs*

„ „ „ „ 8, 91, 13 *habere natumque esse*

„ „ „ „ 13, 97, 13 *capite vultuque esse*

„ „ „ „ 16, 100, 9 *noctesque esset necesse*

d. d. Pl. II 12, 114, 4 *nocere‿alio pacto fraudique esse.*

Etiam auctor libri περὶ ἑρ. in compluribus clausulis hiatum delevit elisione, velut:

4, 178, 2 *nomine‿et verbo*

4, 178, 23 *cuiuspiam de‿eo declaretur ut si dicas*

4, 178, 24 *est equi‿hinnire*

4, 178, 28 *ordine‿ita dicas*

4, 179, 12, *definitae‿et indefinitae*

6, 182, 10 *quicquid de‿eo dixeris*

6, 183, 3 *reliquae duae‿admittunt*

9, 187, 31 *formula‿aut tertia*

9, 188, 4 *formula‿aut tertia*

12, 191, 17 *esse vera‿impossibile‿est*

12, 191, 26 *contrariae, quae‿opponantur.*

Aphaeresi vocales hiulcae deletae sunt his locis:

4, 178, 4 *et ideo propositio‿est*

5, 180, 3 *pugna dividua‿est*

6, 182, 5 — *ones reperienda est*

7, 183, 18 *formula est tertia*

7, 185, 8 *tantum solere esse*

12, 192, 9 *opposita conclusio est*

14, 194, 27 *veritas ipsa passa est.*

Praeterea auctorem in nonnullis exemplis ab ipso allatis hiatum evitavisse consentaneum est, velut:

7, 183, 28 *Omne honestum bonum est;* item 9, 186, 13; 12, 192, 1, 8, 11, 14.

At auctorem libri περὶ ἑρ. in plerisque clausulis hiatum non evitavisse et ipsa conformatione clausularum et eo comprobatur, quod nonnullae clausulae meliores vel optimas formas praebent, cum hiatum non delemus.

Nonnullae clausulae explicari omnino non possunt, nisi hiatui indulsisse auctorem concedimus. Vocalis longa corripitur ante sequentem:

1, 176, 14 *falsitati obnoxia*

2, 177, 4 *quae etiam simplex est ut si dicamus*

3, 177, 14 *aliae indefinitae*

3, 177, 28 *aliis tum in hac re vincuntur, si qui ita rogaverit*

6, 182, 23 *non potest ita converti, ut sit*

7, 183, 26 *remota interrogatione*

7, 184, 7 *dico inferri*

7, 184, 9 *ipsa illatione*

12, 192, 27 *ceteris solae octo.*

Vocalis brevis servatur ante sequentem:

3, 177, 24 *dedicativa, inquiunt, est*

4, 179, 5 *alia innumera*

5, 180, 17 *esse, ut dicimus*

12, 192, 22 *sublata illatio*

12, 192, 25 *sublata illatio.*

Qua in re interdum rhetoricam rationem valuisse his locis intellegitur:

5, 180, 14 *ceterum universalis utravis particularem suam comprobata utique confirmat, revicta non utique infirmat, particularis autem versa vice universalem suam revicta utique infirmat, probata non utique confirmat.* Consulto verba *confirmat* et *infirmat* in fine sententiarum sibi opposita esse apparet. Cuius positionis vis augetur, si

utique confirmat

utique infirmat

etiam pares clausulas efficere sumimus.

Simili de causa in his clausulis hiatum esse statuimus:

5, 181, 1 *dum aut particularis eius falsa ostenditur aut utravis ex duabus ceteris vera, . . . instruitur autem uno modo, si alterutra eius falsa ostenditur. contra particularis uno quidem modo destruitur, si alterutra eius vera ostenditur.*

Quia vocabula *falsa* et *vera* opposita sunt, plenas formas earum praeferendas esse formis elisione breviatis credimus. Qua re has clausulas statuimus:

falsa ostenditur

vera ostenditur.

Aphaeresis neglecta est ante verbum *esse:*

2, 177, 6 *composita est, ut si aias*

12, 192, 3 *necesse est dicat.*

Neque negari potest complures clausulas meliores, quin etiam optimas formas ostendere, cum hiatum exstare concedimus, quam cum elisione aut aphaeresi utimur. Meliores clausulas nanciscimur

I cum longas vocales corripimus ante sequentem:

4, 178, 18 *uti oratione*

6, 182, 22 *converti, ut cum sit*

6, 183, 7 *esse perpetuo ut dicimus*

13, 193, 11 *particulari accipitur*

13, 193, 14 *particulari accipiens*

14, 194, 26 *modos docent ipsae illationes;*

II cum breves vocales servantur ante sequentem:

1, 176, 11 *posse efficere*

4, 178, 6 *perfecta oratio*

7, 185, 5 *propositione acceptum*

7, 185, 7 *utique et luceat*

7, 185, 22 *evenire debere illationem*

9, 186, 26 *abdicativa enuntietur*

12, 191, 1 *dedicativa illatio*

13, 193, 9 *ceteri quinque enumerant;*

III cum longa vocalis non corripitur ante sequentem:

5, 179, 26 *lineae angulares*

7, 184, 15 *sunt, necessario evenit*

7, 184, 26 *sunt, necessario evenire*

7, 185, 20 *est necessario evenire*;

IV cum vocales aphaeresi non delentur ante verbum *esse:*

6, 183, 2 *indefinita est, definita*

7, 184, 21 *plena conclusio esse.*

In universum hiatus deletus est:

	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
elisione	24	5,25	30	4,33	17	2,55
aphaeresi	10	2,18	11	1,58	7	1,63

Hiatus non est deletus:

	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
breviatis vocal.	2	0,43	3	0,43	9	2,09
servatis brevib. vocal. . .	2	0,43	3	0,43	10	2,32
servatis long. vocal. . .			1	0,14		
aphaeresi neglecta . . .			4	0,57	2	0,46

Clausulae meliores fiunt hiatu non deleto:

	I	%	II	%	π. ἐρ.	%
vocalibus correptis . . .	1	0,21	2	0,29	6	1,38
brevi vocali servata . . .	2	0,43	3	0,4	8	1,87
longa vocali servata . .	1	0,21	4	0,57	4	0,93
aphaeresi neglecta . . .	4	0,87	1	0,14	2	0,46

Itaque sane concedendum est librum *περὶ ἑρ.* a duobus d. d. Pl. libris differre hiatu male evitato. Tamen qui respexerit inscriptiones subscriptionesque codicum, testimonia, conexum argumentorum, similitudines sermonis numerosque clausularum ad centenos relatos, in quaestione de libri *περὶ ἑρ.* auctore diiudicanda plus momenti his consensibus tribuet quam illi dissensui, praesertim si coniecturae Lerchii supra p. 15 not. 4 prolatae meminerit, quam mihi valde arridere confiteor.

De materia libri *περὶ ἑρ.*

Si materiam ipsam libri *περὶ ἑρ.* contemplamur, concedendum est Apuleium se philosophiam Platonicam tractasse arbitratum esse. Quamquam enim in libro *περὶ ἑρ.* philosophia Peripateticorum illustratur, tamen illam pro Platonica venisse secundo saeculo p. Chr. n. e commentario in Theaetetum[1]) et libro Albini, qui inscribitur: *λόγος διδασκαλικὸς τῶν Πλάτωνος δογμάτων* elucet. Auctor enim commentarii in explicandis locis Theaeteti dialecticis formis Aristotelis utitur, quasi iam Plato eas usurpaverit[2]); quin etiam numeros formarum affert, velut, 66, 4:

„Οὐκοῦν καὶ φαίνεται οὕτως ἑκατέρῳ; Ναί. Τὸ δέ γε φαίνεται αἰσθάνεται; Ἔστι γάρ. Φαντασία ἄρα καὶ αἴσθησις ταὐτὸν ἔν τε θερμοῖς καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις“ — Ὅταν γὰρ σκοπῇς κατὰ τὸ τρίτον σχῆμα, ἠρώτηται αὐτῷ ὁ λόγος· ‛οἷα ἑκάστῳ φαίνεται, τοιαῦτα καὶ ἔστιν αὐτῷ᾽ καὶ ‛οἷα φαίνεται, τοιαῦτα καὶ αἰσθάνεται᾽. ἐξ ὧν συνάγεται· ‛οἷα ἕκαστος αἰσθάνεται, τοιαῦτα καὶ ἔστιν αὐτῷ.

Alio loco utitur prima forma syllogismi categorici, 16, 27:

‛Ταὐτὸν ἄρα ἐπιστήμη καὶ σοφία᾽, ὅτι ἰσοδυναμοῦσι, ἔφη γὰρ αὐτῷ· ἅπερ ἐπιστήμονες, ταῦτα καὶ σοφοί. ὁ μὲν γὰρ δια (.)

---

1) Anonymer Kommentar zu Platons Theätet (pap. 9782), ed. Diels, Berliner Klassikertexte vol. II, Berol. 1905.

2) Cf. Diels, Anonymer Kommentar p. XXX sq.

ο (. . .) νος λόγος τοιοῦτός ἐστιν· ὁ μανθάνων σοφώτερος γίνεται· ὁ σοφώτερος γινόμενος σοφίαν ἀναλαμβάνει· ὁ ἄρα μανθάνων σοφίαν ἀναλαμβάνει.

Quibus expositis elucet auctorem commentarii dialecticam Aristotelis sine ulla dubitatione Platoni tribuisse. Dilucide autem ex Albini libello apparet secundo saeculo p. Chr. n. dialecticam Peripateticorum sub Platonis nomine venisse. In capite sexto libelli Albiniani dialectica Peripateticorum brevissime tractatur. Albinus propositiones affirmativas et negativas discernit, disputat de quantitate et qualitate propositionum, distinguit propositiones praedicativas et condicionales. Deinde de syllogismis secundum Aristotelem disserit tres formas eorum enumerans. Quo cum capite materiam libelli περὶ ἑρ. conferentes reperimus, ut Sinko demonstravit, auctorem eodem modo atque Albinum dialecticam Peripateticorum tractare[1]) eo tantum differentem, quod Apuleius in singulis formis syllogismorum modos etiam enumerat atque interdum sententias aliorum philosophorum affert. At in hoc forsitan offendamus, quod in Albini dialectica magna pars philosophiae Platonicae tractatur, Platonem formis syllogismorum usum esse commemoratur, exempla dialogorum Platonicorum afferuntur, Apuleius vero unico loco Platonis rationem habere videtur[2]) 4, 178, 1. Sed hoc quoque facile explanari potest. Quia Apuleius paucis verbis in primo libro d. d. Pl. 6, 88, 3 et 9, 92, 15 doctrinam Platonicam, quae ad cognitionem humanam pertinet, perstrinxit, ut dialecticam ipsam, id est, singulas formas et modos syllogismorum tractaret, sibi proposuit ideoque sola Peripateticorum dialectica, quam Platonicam putabat, ei illustranda erat; Platonem dialecticis formis in dialogis usum esse Apuleius non dicit neque exempla dialogorum Platonicorum nominatim affert, quia supervacaneum esse existimabat, ut

[1]) Ex similitudine materiae et nonnullis locis, qui verbotenus consentiunt, Sinko (p. 41 et 42) librum περὶ ἑρ. aeque atque duos d. d. Pl. quadam ex parte ex Gai scholis fluxisse conclusit.

[2]) Immisch: Deutsche Literaturzeitung 1906 N. 15.

opinor, diserte explicare Platonem has formas in dialogis usurpavisse. Atque alterum vestigium philosophiae Platonicae in libro περὶ ἑρ. inveniri puto eo loco, quo auctor nomen dialogi Platonici non afferens in prima forma syllogismi eodem exemplo utitur, quod Albinus in prima forma commemorat: Alb. VI 14, 35 κατὰ μὲν τὸ πρῶτον οὕτως ἐν Ἀλκιβιάδῃ· τὰ δίκαια καλά, τὰ καλὰ ἀγαθά, τὰ δίκαια ἄρα ἀγαθά.

περὶ ἑρ. 9, 186, 11 *Igitur in prima formula modus primus est . . ., ut: Omne iustum honestum, omne honestum bonum; omne igitur iustum bonum est.*

Praeterea autem verisimillimum est Apuleium philosophiam Platonicam pluribus locis tacturum fuisse, si libellum illum scribens ad finem pervenisset[1]). Uno enim loco apparet Apuleium praeter praedicativas propositiones etiam condicionales tractare in animo habuisse:

περὶ ἑρ. 2, 177, 9 *nos nunc de praedicativa dicemus, quia natura prior est ac velut elementum substitutivae.* (cf. 8, 185, 24: *Nunc tradendum est, quibus modis . . . fiant intra certum numerum praedicativi generis verae conclusiones).*

Artiorem quandam necessitudinem esse inter librum περὶ ἑρ. duosque d. d. Pl. inde quoque sequi videtur, quod Apuleium in illo libello e fonte Graeco quadam ex parte aut liberiore ratione aut nonnullis locis etiam diligentius hausisse ostendi potest. Nonnullis enim locis aut vocabulis ipsis aut verbis additis intellegitur Apuleium vocabula nove ficta secundum fontem Graecum conformavisse[2]), velut: *abdicativus* = ἀποφατικός; *dedicativus* = καταφατικός; *aequipollens* = ἰσοδυναμῶν; *indemonstrabilis* = ἀναπόδεικτος; *praedicativus* = κατηγορικός; *subiectivus* = ὑποθετικός; ex verbis additis elucet his locis: 1, 176, 15 *quam vocat Sergius effatum . . . Graeci πρότασιν tum ἀξίωμα, ego verbum e verbo tum protensionem tum rogamentum,* ubi *protensio* vocabulo πρότασις et *rogamentum* voculae ἀξίωμα respondet. Similis locus est 7, 183, 22 *dico autem illationem vel illati-*

[1]) Cf. Prantl l. l. I p. 580.
[2]) Cf. Prantl l. l. I p. 580, 583, 585.

vum rogamentum. Illatio e Graeco conformatum est secundum voculam ἐπιφορά, et *illativum rogamentum* secundum ἐπιφορικὸν ἀξίωμα.

Praeterea nonnullae definitiones e fonte Graeco sumptae[1]) esse videntur: 7, 184, 13; 12, 191, 8, 11.

Imprimis autem e constructione enuntiationum condicionalium elucet Apuleium vestigia auctoris Graeci nonnullis locis diligentius pressisse. Saepius enim secundum usum Graecorum in enuntiato primario indicativum praesentis vel futuri et in sententia secundaria coniunctivum praesentis usurpat.

Qua de causa Apuleium in enucleandis syllogismis fontem Graecum secutum esse existimo his locis:

4, 179, 2; 5, 181, 12, 13, 14; 6, 181, 25, 26; 7, 183, 24; 9, 186, 15, 21; 187, 5, 17; 188, 1; 10, 189, 10; 12, 192, 4, 9, 12, 20.

At plane in dubio est, qua ratione reliquis locis Apuleius fontem Graecum, quem Gai scholas fuisse cum Sinkone statuerim, adhibuerit et quid de suo ad illum addiderit.

Cum consensus duorum librorum d. d. Pl. librique περὶ ἑρ. et elocutione et materia tractata demonstratus sit, libellum περὶ ἑρ. esse tertium d. d. Pl. statuendum esse existimo.

---

[1]) Cf. Meiss: Nachwort p. 29.

Vita.

Natus sum **Fridericus Hanke** Vratislaviae anno 1881 die septimo mensis Iulii patre Carolo, matre Maria e gente Arndt. Fidem profiteor catholicam. Puer undecim annorum in gymnasium, cui nomen est Iohannesgymnasium, receptus sum; sex annis post gymnasium catholicum regium Oppoliense frequentavi, ubi anno 1903 testimonio maturitatis instructus sum. Primo semestri studiorum Monachii audivi viros doctissimos: *Crusius, Lipps, de Leyen, Muncker, Weyman;* sequentibus semestribus Vratislaviae me docuerunt viri doctissimi: *Baumgartner, Cichorius, Foerster, Freudenthal, Hoffmann, Iacoby, Kaufmann, Kühnemann, Norden, Preuss, Skutsch, Wendland, Zacher, Ziekursch.* Per duo semestria sodalis fui proseminarii, per duo seminarii philologici. Omnibus his viris gratiam habeo semperque habebo. Maximas autem gratias ago praeceptoribus, qui me in his studiis versantem summa cum benignitate atque summa cum liberalitate adiuverunt: *Ricardo Foerstero* et *Francisco Skutschio.*